John Carter Brown
Library
Brown University

9352.

tinuos ſuſpiros de ſentimento.

Chegado á Igreja de Saõ Pedro , foy collocado em a Cappella do Pontifice Sixto quarto, aonde veſtido dos adornos Pontificais , o Cabido da dita Igreja , acompanhado do Sacro Collegio, o levaraõ pelas dez horas da manhãa á dita Igreja , & depois de feita a coſtumada abſolviçaõ , foy poſto na Cappella da Santiſſima Trindade , aonde tres dias continuos eſteve expoſto ao innumeravel concurſo do povo, naõ ſó da Cidade,ſenaõ de muitos Lugares,& Villas circumviſinhas: poucos foraõ os que ſe contentáraõ de o ver hũa ſó vez , ſenaõ repetidas vezes no dia o hiaõ ver,&muitas peſſoas lhe aſſiſtiraõ todo o tempo,q̃ ahi eſteve. Na ultima noite quãdo ſe fechou a Santa Igreja para ſe pór em depoſito,pareceo q̃ ſe havia ſabido a noticia de ſua morte, porque de novo ſe começou a ſentir com mui novo prãto, parecendo a todos que até alli naõ haviaõ chorado.

O Sagrado Collegio em lhe havendo feito as coſtumadas exequias, ſe encerrará em conclave para a eleiçaõ do ſucceſſor, que pela Divina graça, aſſiſtencia, piedade, & zello dos Senhores Eleitores eſperamos que ſeja naõ menos optimo por titulo , & outro ſemelhante em os progreſſos,& augmentos da Chriſtandade.

Foy impreſſo em Roma

Por Franciſco Leon. Anno 1689.

E em Lisboa Por Domingos Carneyro , Impreſſor das Tres Ordens Militares.

ELUCIDATIO
VERITATIS
IN CASV
FATALIVM ACCVSATIONVM
per quadringentos Fratres coadunatos contra Patres Provinciæ Algarbiorum,

IN SACRA EPISCOPORVM, & Regularium Congregatione factarum;

PER REVERENDISSIMVM PATREM

FR. IOANNEM ALVIN, LECTOREM IVBILATVM,
totiusque Fratrum Minorum Ordinis Ministrum Generalem confecta;

AC AD EANDEM SACRAM
Congregationem remissa.

1691

118

EMINENTISSIMIS, AC REVERENDISSIMIS DD. S.R.E. CARDINALIBUS SACRÆ CONGREGATIONIS, Negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ.

FR. Ioannes Alvin, Lector Iubilatus, ac totius B. Francisci Ordinis Generalis Minister, & servus, &c. Notum facimus, & attestamur, quòd, pervenientibus Nobis ad hanc Vlisiponensem Regni Portugaliæ Curiam, statim pro parte R. P. Fr. Emmanuelis ab Horto, Lectoris Iubilati, nostræque Alguarbiorum Provinciæ Provincialis Ministri, super negotio, de quo infrà, supplicatio quædam tenoris sequentis oblata fuit; videlicèt: ¶ P. N. Reverendissime. Minister Provincialis Provinciæ Alguarbiorum exponit, quòd R. P. Visitator eiusdem Provinciæ informationem super excessibus, & criminibus, quæ contra ipsum, aliosque Provinciæ Prælatos Romæ delata sunt, factam habet; & adhuc in falsitatibus, quæ contra Breve Capituli Provincialis præteriti allegantur, & in

 alijs

„ alijs inſtrumentis, examen, & exploratio, ad verita-
„ tem eruendam neceſſariò facienda, iuxta formam
„ Decreti Sacræ Congregationis, facta fuit; & ſine
„ dicta exploratione, & examine nullo modo veritas
„ per teſtes, quamvis fidedignos, haberi non poteſt.
„ Quapropter ſupplicat Reverendiſsimæ P. V. quate-
„ nus R. P. Viſitatori mandare dignetur, quod omnes
„ iuſtificationes iam factas coram Reverendiſsima P. V.
„ præſentet; atque examini eiuſdem Brevis, & inſtru-
„ mentorum, ab oratore præſentandorum, & à Notarijs
„ peritis, & expertis, faciendo, aſsiſtat. &c. Viſa autem
per Nos huiuſmodi ſupplicatione, decrevimus, quòd
R. P. Viſitator, ſub pœna inobedientiæ, omnia acta,
virtute dicti Decreti, & noſtræ commiſsionis fabricata,
intra biduum ad Nos mitteret; ac oratorem ſuper præ-
fato examine, & alijs allegatis, intra ſex dies audiret.
Cumque hoc noſtrum mandatum ipſi Viſitatori per no-
ſtrum Generalem Secretarium 10. die Decembris 1690.
intimatum eſſet; ipſe coram Nobis ſuum in ſcriptis reſ-
„ ponſum tenoris, qui ſequitur, præſentavit. ¶ Obe-
B „ diendo præcepto obedientiæ, mihi à Reverendiſsima
„ P. V. impoſito, dico, quod quantum ad informatio-
„ nes ſuper hac materia factas, illas Sacræ Congrega-
„ tioni, iuxta formam, & modum ab ipſo Decreto mi-
„ hi præſcriptum, manente tantum apud me ipſo De-
„ creto, & Memoriali Sacræ Congregationi facto, quæ
„ viſitationis Secretarius oratoribus ſtatim exhibebit,
„ remiſi: Quantum verò ad explorationem ab orato-
„ ribus petitam, cenſeo, quod illam iuridicè facere non
„ poſſum; quia poſt remiſſam informationem, penden-
„ teque hoc negotio in Sacra Congregatione, cenſeo,
„ quod nullus illius inferior aliquid agere poteſt. Atta-
„ men ſub hac proteſtatione, & vt in omnibus obe-
„ dientiam Reverendiſsimæ P. V. ita mihi mandanti,

„ de-

119

„ debitam oſtendam, promptus ſum ad aſsiſtendum de
„ facto, ſed non de iure, quemadmodum Reverendiſ-
„ ſima P. V. mandaverit. Attento verò, quod examen
„ petitum per Notarios peritos faciendum eſt, partes
„ ſuper hoc convenient; &, vocatis ipſis, ero præſens.
„ Ac P. Secretarius viſitationis fidem faciat, quod R. P.
„ Provincialis multoties requiſitus, & per me manda-
„ tus, vt præfatum Breve oſtenderet, illud exhibere
„ nolluit. Dat. S. Franc. Civitatis Vlixbon. 13. De-
„ cemb. 1690. Fr. Franciſcus Salmeron, Commiſſarius
„ Viſitator. Huius reſponſi copiam facere oratori iuſ-
ſimus; qui ſequentem replicationem ſtatim Nobis
„ obtulit. ¶ P. N. Reverendiſsime. Siquidem R. P.
„ Viſitator reſpondet, quod Romam informationem
„ iam remiſit; & cum proteſtationibus, & cautelis ab
„ ipſo declaratis; poſtulat nunc R. P. Provincialis à Re-
„ verendiſsima P. V. vt coram ſe, & R. P. Viſitatore
„ (ſi examini adeſſe voluerit) Breve, eiuſque Apoſto-
„ licum Tranſumptum, cæteraque inſtrumenta præſen-
„ tia videri, & examinari mandare dignetur; quoniam
„ ex omnibus, omnes exceſſus Sacræ Congregarioni
„ allegatos, falſos, mendaceſque eſſe, oſtenditur; ac,
„ nihil relevans eſſe, quod, iuxta formam Decreti ip-
„ ſius Sacræ Congregationis, Capituli celebrationem
„ impedire poſsit. Decernendo Reverendiſsima P. V.
„ (ſi ſibi conveniens videbitur) quod, ad maiorem ve-
„ ritatis iuſtificationem, in communitate Conventus
„ Capitularis de Xabregas publica denuntiatio fiat, vt,
„ ſi aliquis Pater Diffinitorij, aut alter alius religioſus
„ dicto examini ad eſſe voluerit, partemque ſe in hac
„ cauſa conſtituere, id libere facere poſsit. Ad dictum
„ R. P. Viſitatoris, quod R. ſcilicèt, P. Provincialis,
„ ab ipſo ſæpius iuſſus, Breve exhibere noluit; Reſ-
„ pondetur, quod mandata R. P. Viſitatoris fuerunt

„ illa,

„ illa, quæ ex duabus ſupplicationibus iunctis, per P.
„ Fr. Ignatium factis, conſtant. Et cum ipe P. docu-
„ menta ab eo petita, edere noluiſſet, ab iſta inſtantia
„ abſtinuit, & quievit; quia ſi in dictis ſupplicationibus,
„ & in R. P. Viſitatoris mandatis declararetur, quod
„ ipſe præfatum Breve pro executione Decreti Sacræ
„ Congregationis examinare volebat, ſtatim, tàm Bre-
„ ve, quàm omnia alia documenta, ad id iam ordina-
„ ta, exhiberentur ſine mora; ſicut nunc Reverendiſsi-
„ mæ P. V. præſentantur. Et ſi R. P. Provincialis id fa-
„ cere recuſaſſet, poterat R. P. Viſitator illum cenſuris
„ cogere: Sed quoniam in præfato Brevi nihil vitio-
„ ſum, quod videri non poſsit, extat; nullum dabitur
„ impedimentum, ne R. P. Viſitatori exhiberetur; vt
„ notum eſt. Factoque prædicto examine in forma re-
„ lata, ſupplicat, vt Reverendiſsima P. V. ad celebra-
„ tionem Capituli procedere dignetur, non obſtante
„ remiſsione Romam præfatæ informationis, quæ illud
„ impedire non poteſt; quia ex Brevi, cæteriſque do-
„ cumentis iunctis veritas in contrarium oſtenditur.
„ Ac inſuper Reverendiſsima P. V. quod ſibi melius
„ placuerit, ordinabit. Vliſsipone 15. Decembris 1690.
„ Tamquam procurator per virtutem mandati iuncti.
„ Fr. Emmanuel à Conceptione. Iunctiſque ſupplica-
tionibus, & mandato procuratorio præfatis; alijſque de
iure, & de facto conſideratis, litteras noſtras Patentes
expedire iuſsimus, vt in forma ſuprà petita publicaren-
tur ad faciendum præfatum examen coram Nobis in
noſtro Conventu S. Franciſci Civitatis Vlixbonenſis,
Provinciæ Portugaliæ, die 19. Decembris, hora 3. poſt
meridiem, anno 1690. quæ, cum in præfato noſtro Con-
ventu Capitulari de Xabregas, Provinciæ Alguarbio-
rum, extra muros huius Civitatis Vlixbonenſis 18. die
eiuſdem Decembris, publicatæ eſſent in plena Com-

mu-

munitate per vnum ex noſtris Secretarijs Generalibus
de noſtro mandato; ſicut ex fide illius comprobatur; ac
virtute huius edictalis citationis, ex abundanti factæ,
P. Fr. Ignatius à S. Bernardo, Prædicator, eiuſdem Pro-
vinciæ Alguarbiorum filius, in ſtatuto termino, tam-
quam pars adverſa, ſolus comparuiſſet, præfatum exa-
men in Brevi in ſequenti forma factum fuit: ¶ Die 19. D
„ menſis Decembris 1690. in hoc Conventu S. Fran-
„ ciſci huius Civitatis Vlixbonenſis, in cella Reveren-
„ diſsimi P. Fr. Ioannis Alvin, Miniſtri Generalis to-
„ tius Ordinis S. Franciſci, coram ipſo ſedente pro Tri-
„ bunali, & me Notario, comparuerunt perſonaliter
„ adm. RR. PP. Fr. Emmanuel à Conceptione, Cuſtos
„ Provinciæ Alguarbiorum eiuſdem Ordinis, tamquam
„ legitimus Procurator, ſicut oſtendit eſſe, adm. R. P.
„ Fr. Emmanuelis ab Horto, Miniſtri Provincialis eiuſ-
„ dem Provinciæ, ex vna parte; & ex alia R. P. Prædi-
„ cator Fr. Ignatius à S. Bernardo, Religioſus eiuſdem
„ Provinciæ; aſsiſtendo etiam præſens adm. R. P. Fr.
„ Franciſcus Salmeron, Viſitator actualis ipſiuſmet
„ Provinciæ. Ac ſtatim per ipſum Reverendiſsimum P.
„ omnibus præfatis partibus præſentibus ad ius ſuum
„ allegandum, fuit ipſis ante omnia ordinatum, quod
„ vnuſquiſque reſpectivè ſuum procuratorium manda-
„ tum exhiberet; aut cauſas ſe opponendi in hac cauſa
„ oſtenderet: Et oſtendentes cauſas, & mandata, quæ
„ alta, & intelligibili voce coram Reverendiſsimo lecta
„ ſunt, admiſsi ſunt ad allegandum vnuſquiſque de iure
„ ſuo coram ipſo in hac cauſa. Et per præfatum P. Præ-
„ dicatorem Fr. Ignatium à S. Bernardo allegatum
„ fuit, & dictum, quod Breve ſuæ Sanctitatis Innocen-
„ tij Papæ XI. ſub dat. 13. Novembris anno 1687. ſu-
„ per deputatione Miniſtri Provincialis, Cuſtodis, Diſ-
„ finitorum, Guardianorum, ac Confeſſariorum Mo-

„ nia-

„ nialium eiuſdem Provinciæ, in quo fuit nominatus
„ præfatus adm. R. P. Fr. Emmanuel ab Horto, cum
„ alijs omnibus Patribus Diffinitorij, & Conventuum
„ Provinciæ, vitiatum erat, & cum defectu aſsignatio-
„ nis vnius Guardianiæ Conventus do Torràm, atque
„ in aliquibus verbis diſcors à quadam copia authenti-
„ ca erepta à ſumpto Regiſtri, vnde ipſum Breve ema-
„ navit; ex quibus, nullius erat roboris, effectuque ca-
„ rebat. Quod cum Reverendiſsimus audiret, conſtito
„ de partium citatione ad hoc examen cum aſsignatio-
„ ne horæ, ex manibus prædictarum partium recepit,
„ videlicèt, à dicto R. P. Cuſtode præfatum Breve ori-
„ ginale, vna cum Tranſumpto Apoſtolico, per Mini-
„ ſtros Datariæ ſitmato; quæ ambo vnam, eandemque
„ rem continebant; atque ſine vicio, etiam præſumpto,
„ inventa ſunt: Attamen, colatis ipſo Brevi originale,&
„ Tranſumpto, cum quadam copia authentica erepta
„ ex ſumpto Regiſtri Secretariæ Brevium, inventa ſunt
„ in eadem copia poſt aſsignationem Guardianiæ do
„ Cratto, ſequentia verba: *Emmanuelem de S. Benedicto*
„ *Conventus S. Antonij do Torràm.* Quapropter Reveren-
„ diſsimus circa conferentiam, & examen præfati Bre-
„ vis, & copiæ ex ſumpto, hoc proceſſum fieri iuſsit,
„ per quod ego infraſcriptus Notarius, vna cum Pro-
„ thonotario infrà ſignato, ambo vocati, & rogati, ſub
„ iuramento noſtri muneris declaramus, in dicto Bre-
„ vi, & eius Tranſumpto, quæ per Nos fuerunt lecta;
„ viſa, & examinata, aliquod vitium non eſſe, quod No-
„ bis videatur in ipſis contineri; excepto incremento
„ aſsignationis Domus S. Antonij do Torràm, quod
„ inſertum invenitur in certitudine cum copia ſumpti
„ à dicto R. P. Fr. Ignatio de S. Bernardo præſentata;
„ quod, quamvis in dicto Brevi, & eius Tranſumpto
„ non ſpecificatur, non ideo oſtenditur, quod propter

„ hunc

„ hunc defectum, aliquod vitium in illo detur. Et quiæ
„ hoc intelligimus, ſupradicta coràm præfatis partibus
„ Reverendiſsimo retulimus: Cum quo ipſe hoc examen
„ finitum habuit, in ſcriptiſque redigi iuſsit, ac manu
„ propria firmavit; necnon R. adm. P. Viſitator præ-
„ dictus; & ſimul reliquæ partes, receptis documentis
„ præfatis, cum ſupradicto Prothonotario Apoſtolico.
„ Et ego Ioannes Ferreyra, & Faria, Præsbiter, Nota-
„ rius Apoſtolicus ſcripſi. *Fr. Ioannes Alvin, Miniſter Ge-*
„ *neralis. Fr. Franciſcus Salmeron, Commiſſarius Viſitator.*
„ *Fr. Emmanuel à Conceptione, Cuſtos Provinciæ. Fr. Ignatius*
„ *de S. Bernardo. Joſephus Neto à Sylva. Ioannes Ferreyra,*
„ *& Faria.* Facto prædicto examine, iſtis partibus man-
davimus, quòd ſequenti die 20. Decembris, hora 8. ma-
tutina, omnia alia inſtrumenta, cæteraque ad iuſtitiam
vniuſcuiuſque, ſuper materia exceſſuum Sacræ Congre-
gationi relatorum, conducentia, coràm Nobis perempto-
riè afferrent, ac proponerent. Quibus in prefixo ter-
mino coràm Nobis comparentibus, per præfatum Fr. Ig-
natium dictum fuit, quòd omnia ſua documenta P. Viſi-
tatori tradiderat, nihil ſibi remanēte; & omnia per ipſum
Sacræ Congregationi eſſe iam remiſſa. Interrogatus
deinde, ſi aliquid verbale ad ſuam iuſtitiam conducens
proponere volebat; dixit, quòd, vt noſtræ obedientiæ
pareret ſolummodò de exceſsibus in ſuo, & aliorum me-
moriali, Romæ impreſſo, Nobis querellam proponebat,
aliquos exceſſus ſpecificando, & in reliquo ad illud ſe re-
mittendo. Per præfatum verò Cuſtodem Provinciæ, R.
P. Miniſtri Provincialis procuratorem, quidam proceſſus,
conſtans ex 103. folijs, cum Decreto duplicato Sacræ
Congregationis in principio; duabus Memorialibus litte-
ris accuſatorum Romæ impreſsis; multiſque publicis inſ-
trumentis; ac quodam ſummàrio adverſariorum, Romæ
etiam impreſſo, appenſo; cum quadam iuris, & facti alle-

gatione (quæ omnia Vifitatori præſentanda erant) ſtatim præſentatus, & traditus fuit; tenoris, videlicèt, ſequentis.

Satisfactio pleniſsima, data exceſsibus, & criminibus Sacræ Congregationi Regularium, contrà R. adm. P. Provincialem, reliquoſque Patres præſentis gubernij Sãctæ Provinciæ Alguarbiorum, allegata.

'ECUM de reformanda hac Provincia ageretur, conventum fuit inter Patres illam gubernantes, & prætenſorem intraductionis iſtius reformationis, quòd ad evitanda litigia, ſuper illa pendentia, religioſi obſervatiores ex omni Provincia, ſine conſideratione aliqua ad partialitates, quærerentur: ſelecti fuere cum effectu, nominaque illorum procuratoribus ambarum partium in Curia Romana exiſtentibus, vnàque cum epiſtola recomendationis Sereniſsimi Regis horum Regnorum Portugaliæ PETRI SECUNDI, Domini noſtri, ad ſuum Nuntium in eadem Curia reſidentem, tranſmiſſa ſunt; vt, mediante Eminentiſsimo, ac Reverendiſsimo D. Cardinale Cybo, totius Seraphici Ordinis Protectore digniſsimo, à ſua BEATITVDINE Capitulum Provinciale eiuſdem Provinciæ, ex ſuo Motu proprio factum, impetraretur. Impetrata fuit cum effectu hæc gratia; & cum omni pace, quiete, & tranquilitate plenariæ executioni mandata fuit: Factaque ſuo tempore Congregatione intermedia, cum aſsiſtentia Reverendiſsimi P. Fr. Marci Zarſoſa, totius Ordinis Miniſtri Generalis, aliqui

Guar-

Guardiani, & Monialium confessarij novitèr electi sunt, vt nonnulli, sancto operi reformationis inchoatæ parum devoti, & affecti, expurgarentur.

Diabolus cum hac melioratione causæ servitij Dei irritatus, animos iam alteratos Fratrum, vitam mutare nollentium, vt religiosè, & reformatè secundum suæ Regulæ præscriptum viverent, propalare cæpit. Quandam latam conspirationem 400. Fratrum fecerunt; ac cum magna copia instrumentorum, ab ipsismet pro libito, & ad intentum factorum; necnon cum grandi quantitate pecuniæ inter ipsos coadunatæ, duo Romam profecti sunt ad agendum de nullitate prædicti Capituli Motus proprij, & Congregationis sequentis; intendentes cum multis, & magnis calumnijs gubernium Provinciæ ad antiquum statum reducere.

Duplices memoriales litteras impressas, contra Patres Provinciam gubernantes, Sacræ Regularium Congregationi accusatores dederunt, varia in illis deducendo; quædam ad nullitatem Capituli, & Congregationis sequentis invaliditatem tendentia; alia verò ipsos Patres criminosos arguentia. Attamen, quàmvis memorialia sint duo, ad primum satisfacere sufficit; posteriùs namque est tantummodò responsum ad aliquas contrarias obiectiones, per R. adm. P. Fr. Hieronymum de Souza, Procuratorem Generalem Curiæ, ex officio accusatoribus oppositas; & cum responso, summariam quandam repetitionem rerum, in primo iam expressarum, facit. Plusquàm sufficientem materiamPatribus accusatis accusatores præbent, vt ad defensionem multarum, magnarumque calumniarum, sibi falsè impositarum, multa vera ex multis, quæ contrà accusatores cum omni veritate, & facilitate dici, & ostendi poterant, producere vallerent; quia, vltràquàm, secundum terminos bonæ grammaticæ, interrogatio, & responsio casu consentiunt, vulgare est

inter Theologos morales, licitum esse vnicuique, ad propriam iustitiam tuendam, vitia, & defectus sibi iniustè nocentium, in defensione propalare; de iure enim naturali licita defensio vnicuique competit. Sed, cùm Patres accusati notoriam defensionem, sinè necessitate loquendi ex consilio de vitis aliens; & valde dissonum animum, & finem à fine, & animo accusatorum habeant, responsiones suas cum adversariorum suorum interrogationibus concordare nollunt: Valdè namque illos in Domino diligunt; & non solum eos veros filios S. Francisci videre; sed etiam illorum opinionem sine obnubilationibus, & màculis, quibus ipsi sine aliqua causa relevante tam publicis delationibus opinionem, aliter sibi merentium, maculare volunt, illæsam remanere cupiunt. Vnde, si aliquid præiudicij accusatorum dictum fuerit; necessitate compellente fiet, vt tantùm veritas ostendatur, quia alitèr innocentia sufficientèr explicari, non poterit; & non alia intentione, vel fine.

2 Iubet Sacra Congregatio R. adm. P. Visitatori Commissario Fr. Francisco Salmeron, quòd ad informatione criminum, & excèssum allegatorum procedat; &, non invento aliquo relevante, ad convocationem Capituli Provincialis suis loco, & tempore procedatur; invento autem, Sacram Congregationem statim certiorem faciat. Formalia verba illius Decreti, sequentia sunt: ¶ *Deputari mandat* (scilicèt Reverendissimo Generali) *Visitatorem partibus ipsis non suspectum pro visitanda prædicta Provincia, qui se informet de allegatis excessibus; & quatenùs aliquid relevans ex supradictis non invenerit, procedat suis loco, & tempore ad convocationem Capituli Provincialis; si verò invènerit, statim certioret Sacram Congregationem. Romæ 7.*

3 *April. 1690.* Ex rigore verborum istorum clarè ostenditur, quòd solùm crimina, & excessus, super quibus ista informatio cadit, & qui Capitulum Provinciale differre possunt, sunt allegati Sacræ Congregationi in præ-

di-

dictis memorialibus litteris impressis; & non alij, qui novitèr allegari vellint; quia, etsi allegentur, & cum effectu probentur, Capitulum differre non possunt; nec R. adm. P. Visitàtor illorum notitiam Romæ dare debet; sed solum procedere in iustificatione, & punitione illorum, servata forma ordinaria iuris, & Constitutionum generalium Ordinis; nam alitèr, mandatum Sacræ Congregationis cum gravissimo damno tertij, simili pondere conscientiæ, ac manifesta iniustitia, vt per se pàtet, notoriè transgrederetur.

Advertendum etiam est, quòd asserti excessus in memorialibus contenti, varij sunt; alij enim ad nullitatem Capituli, & Congregationis respiciunt; alij ad ostendendam iniquitatem in Patribus accusatis tendunt. Hac differentia posita, sufficiens etiam erat de rigore, primos diluere, vt Capituli celebratio libera, & expedita maneret; quia secundi, nec illam impediunt, nec impedire possunt; vt patet. Sed, ex abundanti, satisfactio plenissima omnibus præbetur; & hæc, in continenti sinè dilatione interrogandi testes, & sinè scrupulosa veritate probationis illorum; sed cum instrumentis, documentis, & scripturis publicis, & authenticis; maximè cum ijsdem per accusatores de vitio, & falsitate notatis. Ista namque, quæ pro armis offensivis contrà Patres accusatos, & contra servitium Dei, vnicè ab illis intentum, adversarij capere volebant; non solùm scuta sua defensionis, sed etiam arma vindictricia suæ inuriæ erunt; verificata, & ad praxim deducta illa Spiritus Sancti sententia, Psal. 7. num. 16. ibi: *Lacum aperuit, & efodit eum: & incidit in foveam, quam fecit.* & Psalm. 9. n. 16. ibi: *In laqueo isto, quem absconderunt, compræhensus est pes eorum.* Supponitur deinde, ex abundàti sine præiudicio veritatis, excessus propositos in memoriali prædicto, probationibus fidedignis, & sine exceptione non esse legitimè probatos;

nam

nam probatio resultans ex multitudine instrumentorum, quæ Romæ præsentata sunt, & in summario appenso per accusatores publicata, duplici ex capite insubsistens est, & nulla. Primò, quia omnes certificantes constituerunt se partes declaratas in hac accusatione, cum quadam conspiratione, & coniuratione tam manifesta, & magna, quòd conspiratorum, & coniuratorum numerus ad quadragintos pervenit; sicut ex primo memoriali fol. 1. & ex secundo fol. 5. constat. Certum enim est, quòd nemo in propria causa, & accusatione testis esse potest; iuxtà text. *in cap. in omni negotio, de testib.* cum vulgaribus. Secundò, quòd etiam in casu, quo certificantes non essent partes declaratæ in hac accusatione, sicut in realitate sunt, & ipsi met in prædictis suis memorialibus confitentur, nullam fidem, & authoritatem merebantur; quoniam omnes conspirati, spontaneè sinè vlla iuridica coactione, ad tales scripturas, & certitudines faciendas se ipsos obtulerunt; maximè, cum omnes in hoc negotio interesse habeant, tam ratione pecuniariorum sumptuum, ad quos omnes contribuunt, & contribuerunt; quàm etiam ratione temporalis finis, & interesse, quod cum hoc negotio quærunt; sicut satis notorium est. Testes verò, vt probent, debent esse vocati; aliàs voluntariè oblati probationem non faciunt; iuxtà text. *in l. Præsbiteri, Cod. de Episc. & Cleric.* cum vulgaribus. Vnde Sacra Regularium Congregatio propter hæc, cum tanta multitudine scripturarum, & certitudinum, excessus, & crimina, sibi proposita, improbata habuit; omnia, tamquàm simplicem accusationem, iudicando; R. que adm. P. Visitatori mandat, vt se de illis informet, ad videndum si sunt vera, vel falsa; ac si ad illorum probationem dictæ scripturæ non præsentarentur: Ita ex illius Decreto, suprà num. 2. relato, constat.

6 Omnis hæc excessuum, & criminum allegatorum infor-

formatio ſupèr materijs de facto cadit ; vnde aliquæ iuris quæſtiones oriuntur : totumque hoc factum ſolùm per inſtrumenta, & ſcripturas, in quibus fundatur multò melius, quàm per dicta teſtium verificatur ; quia, etſi fidedigni, & ſine exceptione, ſint, (quod moraliter impoſsibile eſt in quadam Prouincia tòt tumultibus, & conſpirationibus contrà veritatem plena, quòd ſolum accuſatores aperti, ſunt quadringenti ; ſicut oſtenſum manet,) vèrum iurare non poſſunt, niſi ſe ipſos ad prædictas ſcripturas, & inſtrumenta referendo : Et ideo ſupervacuus erat labor in illis interrogandis impendendus; periculumque aliquorum periuriorum, quibus Deus offendi poteſt, evitabatur ; maximè, quia in concurſu probationis teſtium fidedignorum, & probationis inſtrumentorum authenticorum ſuper eàdem materia, ſemper inſtrumentorum probatio, probationi teſtium præfertur ; vocaturque inter Doctores, probatio probata, vel indubitata : vt cum multis tenet Scobàr *de Purit. prob. p.1. q. 15. §.1. num.16.* & eſt vulguarè. Ratio eſt, quia teſtium probatio poteſt eſſe ordinariè falibilis, & variabilis ; probatio verò inſtrumentorum authenticorum ſemper eſt eàdem ſine varietate ; quia inſtrumenta donis corrumpi non poſſunt; nec potentiæ, metu, ſeu reſpectibus humanis prenſari ; nec odio, ſeu affectione moveri; neque præteritorum obliviſci : Sicut in teſtibus ordinarie accidere ſolet, quàmvis aliàs ſinè exceptione ſint. Et ex his tam claris, & patentibus rationibus, inſtrumentorum probatio ad movendos, ac perducendos iudices in cognitionem cuiuſque rei, longè fortior, ac potentior eſt, quàm fidedigniſsimorum teſtium probatio. Sicut etiam, quia ſcientia iudicum proveniens ex dictis teſtium, eſt ſcientia fidei, vt ita dicam; quia neceſſe habent, non viſa per ſe ipſos, vera credere, fidem teſtibus dando: Hæc enim eſt diffinitio Fidei : *Scientia rerum,*

argu-

argumentum non apparentium: Sicut Apostolus testatur. Scientia verò, quam per inspectionem propriorum oculorum habent, est demonstratio evidens, & experimentalis cognitio; & ideo indubitabilis, & longè alia fortior: Ita cum alijs Escob. *d. p.1. q.15. à num.7.* Vnde provenit, quòd illa, quæ necessario de iure per scripturas tantùm probantur, absque speciali Principis indulto per testes, etiam fidedignissimos, probari non possunt; vt est vulguarè.

7 In præsenti satisfactione, seu exoneratione Patres accusati, non solum scripturas, & instrumenta authentica offerunt, ad ostendendam cum evidentia calumniam, & falsitatem excessuum, & criminum Sacræ Congregationi allegatorum; quæ est melior probatio, sicut dictum est; sed ad dandam aliam probationem fortiorem, & evidentiorem progrediuntur; quæ in ostensione ad oculos R. adm. P. Visitatoris, quòd talia crimina, & excessus non fuerunt in rerum natura, consistit; & quòd omnia, vel saltèm maior pars, suppositiones falsæ, & caviloſæ sunt. Deficiente verò corpore delicti, superfluum est malefactorem quærere; & ideo processus factus, priùs quàm de corpore delicti constet, nullus est: vt cum multis indubitatum tenent P. Bordon. *tom. 5. prax. crim. cap.6. num.1. 5. & 25. & cap. 82. num.31.* Guazzin. *de defens. reor. def.4. cap.1.* Iul. Clar. *in prax. §. fin. q.52.* Carena *part.3. tit. 9. num. 9.* Quòd autem hæc probatio per inspectionem propriorum oculorum iudicis sit certissima, & indubitabilis, præter experientiam, decidunt expressè Sacri Canones *in cap. penult. de Adulter. & in cap. Evidentia, de Accusat*; & tenet P. Aldret. *de relig. disciplt. tuenda, lib.2. cap.6. num.1.*

8 Deveniendo igitùr ad specialem, & individuam satisfactionem criminum allegatorum in præfato memoriali, fol.1. priùs de excessibus ad nullitatem vltimi Capituli

pituli Provincialis de Motu propio facti, & Congregationis intermediæ tendentibus, agemus; hi enim celebrationem futuri Capituli, iuxtà disposítionem Decreti Sacræ Congregationis suprà relati num. 2. tantùm impedire, aut differre poterant; vt num. 3. &. 4. notatum manet.

Satisfactio excessuum, & criminum contrà validitatem Capituli, & Congregationis oppositorum.

Satisfactio ad num. 1.

CONstat ex memoriali, fol. 1. num. 1. dicere accusatores, quòd Fr. Emmanuel à Sepulchro per suum Procuratorem nomine Provinciæ Summo Pontifice Innocentio XI. supplicavit, quòd ad pacem, & tranquillitatem Provinciæ, Provincialem, cæterosque illius Superiores deputaret, & nominaret; exprimendo ad id nomine nonnullorum Religiosorum, supponendo, meliores, dignioresque Provinciæ esse; atque, hoc modo consequutam fuisse gratiam de Motu proprio. Ad hoc satisfaciunt Patres accusati, ostendendo cum omni evidentia, sequentibus modis, hanc allegationem falsam esse. 9

Primo, quia ex eodem Brevi, cuius copia authentica extat fol. 9. constat, Sanctitatem suam ex suo Motu proprio, certa sciencia, & deliberatione illud concessisse, & non ad petitionem, & instanciam Fr. Emmanuelis à Sepulchro, nec alterius personæ: Et sic, ex eodem met Brevi omne supradictum cum omni evidentia de falso convincitur. 10

11 Secundo, quia ex eàdem ſupplica Eminentiſsimo Domino Cardinali Protectori facta, (quæ extat fol.13.) ſubſcripta per Procuratores Provinciæ, tunc Romæ aſsiſtentes, contrarium aſſertioni accuſatorum evidenter conſtat; quia ex illa ad oculum oſtenditur, PP. Fr. Antonium à S. Franciſco, nunc Monialium de Setubal confeſſarium; & Fr. Franciſcum à Porciuncula, hodie Curialem Commiſſarium Provinciæ, & tunc ambo Procuratores illius Romæ: Ac PP. Fr. Emmanuelem à S. Maria Magdalena, nunc Provinciæ Secretarium; & Fr. Ludovicum à Seraphinibus, Preſidentem hodiè Conventus de Xabregas; & tunc Procuratores etiam Romæ præfati Emmanuelis à Sepulchro, qui contrà ſupràdictos reformationem Provinciæ procurabant, prædictam ſupplicationem ſubſcripſerunt; & nomine illius, & omnium, illam fecerunt; ſicut ex illamet oſtenditur. Et, cùm Dominus ſciret eventus huius negotij inſtigatione dæmonis futuros, dignatus eſt diſponere, quòd hæc ſupplicatio ſervaretur; vt nunc ex illa veritas evidentèr oſtenderetur contrà intendentes ſinè aliquo timore Dei, & verecundia hominum, illam obſcurare.

12 Tertio convincitur dicta falſitas, quia non ſolum in dicta ſupplicatione, à Procuratoribus Provinciæ facta, & ſubſcripta, nominatæ ſunt omnes perſonæ, quas Sanctitas ſua dignatus fuit Prælatos illius in ſuo Motu proprio creare; ſed etiam, ad maiorem huius calumnioſæ criminationis evidentiam, ipſa met nominatio perſonarum, quæ ex hoc Regno miſſa fuit Romam, ab adm. RR. PP. Balthaſare à Regibus, & Fr. Alphonſo à S. Ioſepho, (qui tunc Provinciam gubernabant, & nunc ſunt capita occulta, ſed non tantùm, quòd non cognoſcantur, huius maximæ conſpirationis,) fol.19. adiungitur; virtute cuius nominationis ſupplicatio Eminentiſsimo Domino Protectori, ad conſequendum à Sanctitate

ſua

ſua dictum Motum proprium, Romæ facta fuit.

Quartò etiam convincitur ex copia authentica Epiſ- 13
tolarum, quæ extant fol. 23. in quibus præfati adm. RR. PP. ab ipſo Domino Protectore illius patrocinium ambo poſtularunt, vt Sanctitas ſua dictam gratiam faceret. Ac deinde ex Epiſtolis præſentatis fol. 27. in quibus ipſimet præfato P. Fr. Antonio à S. Franciſco, illorum, & Provinciæ Procuratori ſuper eàdem materia ſcripſerunt. Ex quibus omnibus oſtenditur, præfatam allegationem, nec ſuperficiem aliquam veritatis habere; immò potius calumnioſam, & falſam evidentiſsimè eſſe.

Neque contrà hæc obſtare poteſt, ſi dicatur, quòd 14
nonnulli Guardiani, aut omnes, qui tunc erant in Provincia, Procuratorium mandatum prædictorum duorum Procuratorum illius, Fr. Antonij à S. Franciſco, & F. Frãciſci à Porciuncula, non ſubſcripſerunt; nec nominationẽ præfatam perſonarum, & in dicto Motu proprio contentarum: Quia reſpondetur, ſubſcriptionem Guardianorum in procuratorio mandato neceſſariam non eſſe; neque tale vnquàm in negotijs Provinciarum viſum fuit; ſed ſatis, ſupèrque erat, fieri, & ſubſcribi à Patribus menſæ Diffinitorij, aut à maiori parte illorum; in illis enim omnis poteſtas, & iuriſdictio Provinciæ in eſt; ſicut ſatis vulgàre eſt. Nec etiam illorum ſubſcriptio in nominatione perſonarum ad Prælaturas Provinciæ neceſſaria erat; quia tunc inane eſſet, & otioſum, fieri Capitulum à Sanctitate ſua de Motu proprio, ſi cum ſuffragijs, & conſenſu guardianorum, & cæterorum vocalium Provinciæ in forma ordinaria faciendum eſſet. Et eodem modo non obſtat ex eàdem ratione, dictam nominationem perſonarum ad Prælaturas, ſaltem ab omnibus Patribus Diffinitorij, vel à maiori parte illorum, ſubſcriptam non fuiſſe; ſed ſolum à dictis duobus Patribus:

Quia, dato, quòd id defectus esset, omnia, & multùm ampliùs, supplevit, & supplere poterat summa authoritas Papæ, qui, ad faciendum dictum Capitulum ex suo Motu proprio, aliquo consensu dictorum Patrum non indigebat: Et qui contrarium dixerit, nihil minus faciet, quàm supremam, & independentem Papæ potestatem, tamquàm caput Ecclesiæ, & Vicarius Christi in terra, negare. Et insuper, ita necessariè faciendum erat; quia certè, & ita experientia ostendit, cernebatur, quòd licèt omnes, aut multi ex dictis Patribus dicerent, quòd reformationem Provinciæ volebant; attamèn in realitate, & cum effectu, illam nolebant; sicut nunc cum tam contentiosus litigijs nolunt; credibileque est, necessarium fuisse, quòd hoc opus Dei omnibus non communicaretur, nè tunc alterationes, nunc expertæ, statim experirentur: Maximè, cùm id necessarium non esset, vt Sanctitas sua, fundatus in servicio Dei, & bono Provinciæ, dictum Capitulum facere posset; sicùt extat dictum.

15 Et quando aliqui horum Patrum non consultorum in hac materia, aut omnes, haberent aliquid, quòd contra dictum Motum proprium opponerent, & contra Capitulum Provinciale in illo factum; (sicut in realitate non habent;) debebant id facere, quandò ipsis in mensa Diffinitionis intimatus fuit, & præsentatus; vel quando per Provinciam, virtute Litterarum Patentium, fol. 31. & aliarum eiusdem tenoris, publicatus fuit; & non illum acceptare, nec possessionem officiorum suorum dimittere; sicut cum effectu spontè, sine alicuius personæ coactione, fecerunt; quemadmodùm ex fide publicationum, fol. 39. vers. & 40. ostenditur; & ex alijs Monasterijs Provinciæ etiam ostendi potest per fidem Litterarum Patentium aliorum cursuum eiusdem Provinciæ, quæ in Archivo illius asservantur; ac quando in mensa Diffinitionis præfactus Motus proprius per omnes Patres illus vni-

for-

formitèr receptus fuit ; ſicut ex termino per omnes in libro Provinciæ firmato , inſerto in certitudine ab eo deſſumpta fol. 109. verſ. conſtat. Sed ex tam vniformi acceptatione , quin tunc minor repugnantia oſtendatur, nec oſtendi poſsit , infertur etiam evidentèr calumnioſa oppoſitio , quæ poſt tranſactum tantum tempus in pacifica poſſeſsione novitèr proviſorum ſuorum officiorum ſinè aliqua contradictione , præfato Motui proprio facta fuit , & nunc fit.

Satisfacio ad num. 1. in fine, & ad num. 2.

AFfirmant in dicto memoriali accuſatores , fol. 1. 16
num. 1. in fine , & num. 2. quòd extante in dicto Motu proprio expreſſa conditione , quòd Patres in illo nominati gubernium aſſumere debebant, poſtquàm Provincialis , & alijs ſuperiores actuales triennij antecedentis ſuum tempus abſolverent ; Patres nominati in eodem Motu proprio , vbi Breve ad illorum poteſtatem pervenit , ſtatim de facto officia occuparunt ; ac propria authoritate , & de facto antiquos Miniſtrum , Guardianos, & Confeſſarios Monialium ſpoliaverunt ; affirmando, quòd hæc erat Summi Pontificis voluntas. Attamen hæc criminatio etiam evidentèr de falſitate , & calumnia ex ſequentibus convincitur.

Primò , quia verba Motus proprij , ex quibus accu- 17
ſatores hanc aſſertam conditionem eruere volunt , ſunt ſequencia ; ſicut fol. 10. conſtat; ibi : ¶ *Ad tempus, quo eiuſmodi officia , iuxtà Regularia dicti Ordinis inſtituta per Sedem Apoſtolicam approbata , durare conſueverunt , ſtatim, atque dilecti filij moderni Miniſter Provincialis, Cuſtos, Diffinitores , Guardiani , ac Confeſſarij Monialium Provinciæ Alguarbiorum huiuſmodi , tempus ſuum compleverint , inchoandum*

„ *dum.* Inter omnia hæc verba, & alia omnia eiusdem Brevis, vnum solum non invenitur, quòd expressam conditionem, ex adverso allegatam, importet, & inducere possit; sicut essent verba: *Dùmmodo: Finito tempore:* vel alia similia, quæ de sui natura, secundum ius, conditionem expressam inducere possint; vt est vulgàre. Sed etiam, dato, & non concesso, quòd prædicta verba Motus proprij expressam conditionem inducerent, non ideo de facto, & violentèr contra illam operatum fuit, sicut ex adverso affirmatur. Primò, quia etsi antecedens triennium, die 3. Februarij 1688. complebatur; ex eo quia in alio tali die, anni 1685. incæperat; sicut ex certitudine, à libro Provinciæ extracta, fol. 109. constat: Et proptèr possessionem Patrum, nominatorum in dicto Motu proprio, habitam de Locis Diffinitorij, die 2. Ianuarij, eiusdem anni 1688. sicut pàtet ex certitudine, fol. 110. triginta duobus diebus anticipati sunt; nec ideo de facto, & temerariè contrà dispositionem Sanctitatis suæ operati sunt; quoniàm Patres Diffinitorij, illorum immediati antecessores, id ita voluntariè sine coactione, aut violentia aliqua voluerunt; sicut ex certitudine, ab eodem libro extracta, videtur fol. 110. Et quàmvis continuare poterant in gubernio Provinciæ per dictos 32. dies, qui ad explendum triennium deerant; id tamen ius voluntariè suis successoribus cedere, & dimittere poterant; sicut cum effectu cesserunt, & dimiserunt; siquidem inviti id cessuri erant, si Reverendissimus P. Generalis Capitulum per sex menses, iuxtà Constitutiones generales Rom. 1612. & 1664. apud Saman. *cap.* 10. *§.* 10. *fol.* 376. anticipare voluisset. Et nunquàm dubitatum fuit, quòd posit vnusquisque ius suum, cui voluerit, cedere, & dimittere: Neque nunc dici potest, quòd Patres Diffinitorij, in Motu proprio nominati, gravamen, aut violentiam aliquam Patribus suis antecessoribus in

accep-

acceptatione paucorum dierum gubernij, quod illis voluntariè cedere, & dimittere voluerunt, fecère; ſicut in iure vulgàre eſt, iuxtà text. *in Regula, ſcienti, de Reg. iur. lib.6.* ibi: *Scienti, & conſentienti non fit iniuria, nequè dolus.*

Nequè eoſdem Patres triennij præteriti de hoc aſſer- 18
to ſpolio, & violentia iudicialitèr conqueri videmus; cùm ipſis ſolis querella, (ſi ratio, & fundamentum illam faciendi adeſſet,) compèteret; & non accuſatoribus, qui, præter conſpirationem, ſunt quædam perſonæ particulares, quibus hoc litigium ſuper iure alterius competere non poteſt; niſi ſolùm ad ſuam bonam voluntatem, intentionem rectam, Religioſumque zelum oſtendendum.

Secundò evidentiùs oſtenditur cavilatio, & falſitas 19
huius aſſerti ſpolij, & abuſus Motus proprij in expulſione allegata Guardianorum, & Confeſſariorum Monialium antè complementum dicti triennij: Quoniàm Literæ Patentes publicationis dicti Capituli, à ſua Sanctitate facti in Motu proprio, quæ incipiunt fol. 31. publicatæ fuère in Conventu, & domo Capitulari de Xabregas, die 4. Februarij 1688. ſicut ex fide publicationis, in fine illarum poſita, fol. 39. verſ. oſtenditur; & hæc publicatio per alios Conventus Provinciæ in diebus ſequentibus continuata fuit; ſicut ex alijs publicationibus cernitur. Et cùm triennium, die 3. eiuſdem Februarij compleretur; proùt oſtenſum manet, num. 17. iam prædicta publicatio, finito eo, facta fuit. Vndè evidenter oſtenditur, antiquos Guardianos, & Confeſſarios Monialium à ſuis officijs antè completum triennium amotos non fuiſſe; nequè cum violentia, & de facto ſpoliatos: Sed poſt illud completum, & iuridicè. Et dato, quòd officia anteà reliquiſſent, & violentèr; ipſis ſolis, & non accuſatoribus, qui nullum ius ad id habent, id litigium ſpolij tempore habili, & non nunc iam longè extra tempus,

per-

pertinebat ; ſicut eſt notorium , & iam ſuprà probatum extat , num. 18.

20 Tertiò corroboratur ; quia , cùm Romæ Capitulum Generale Ordinis celebrandum eſſet , ſicùt de facto die 5. Junij illius anni 1688. celebratum fuit ; & cùm novi Provincialis, & Cuſtos præcepto Regulæ S. Franciſci ad illud accedere tenerentur, ſicut cum effectu acceſſerunt; ſi finem trienij, quod die 3. Februarij finiebatur , expectaturi eſſent ad capiendam poſſeſsionem ſuorum officiorum, non illis remanebat tempus ad dictam viam ambulandam; ad quam , ob magnam diſtantiam 500. leucarũ, & vltrà, cum impedimentis , & difficultatibus maris , & terræ, multum tempus neceſſarium erat : quoniàm ſolùm ad mittenda inventaria omnium conventuum Provinciæ ; ad componendos Conventus cum novis Guardianis; &, vt iſti quærerent , & mitterent vſitatum viaticum ad dictam viam, intrando recentèr in conventibus, à ſuis anteceſſoribus nudis, & ſine vlla proviſione relictis; (iſte erat modus gubernij antiqui Provinciæ,ſicut omnibus eſt notorium; & patentèr ex inventarijs conventuum vtriuſque gubernij , antiqui , & præſentis , conſtat ;) tempus congruum ad omnia non remanèbat ; illudque prædicti Patres Provincialis , & Cuſtos ad faciendam dictam viam habere non poſſent ; ſicut evidentèr conſpicitur. Et in his terminis anguſtiæ , quàmvis dictus Motus proprius expreſſam conditionem allegatam continèret,indubitatum eſt , voluntatem præſumptam eſſe Summi Pontificis, quòd poſſeſsio dictorum Patrum anticiparetur,vt in quadam functione tam publica , & neceſſaria , ſicut erat iſta dicti Capituli Generalis, non deeſſent: *Quia expreſſum dicitur , quod ex mente , & conſecturis neceſſariò colligitur*. Surdus *deciſ.* 254. *num.*37. & cum alijs tenet Sim. Vaz. Barb. *in locis comm. lit. E. num.*31. maximè, quandò ex dimiſsione gubernij Provinciæ Patrum antiquorum

facta

facta modernis, ante complementum triennij, nullum inconveniens resultabat; magnumque præiudicium in eo finiendo, ex ratione prædicta, sequebatur; tenebantur illud illis dimittere, sicut voluntariè dimiserunt: *Quia nemo potest prohibere, quod sibi non nocet, & alteri prodest*: iuxtà text. *in l. si cui, ff. de servit. l. Rescripta, Cod. de Precib. Imper. offer.* & cum multis alijs juribus, & DD. tenet Barb. *prox. lit. P. num.* 58. Et quàmvis dicti Patres antiqui aliquam vtilitatem privatam in finiendo triennio officiorum suorum haberent, illi præferri debebat dicta vtilitas publica Ordinis in interessentia Capitulo Generali: iuxtà text. *in l. Sancimus, Cod. de Sacros. Eccles. cap. Bona, de Postul. Prælat.* Surd. *decis.* 255. *num.* 11. Ex quibus, & alijs, calumnia, & falsitas præfatæ criminationis patentèr videtur.

Satisfactio ad contenta, num. 3.

IN hoc num. 3. opponunt accusatores maius crimen 21
omnibus, & quod inter omnia de calumnia, & falsitate evidentiùs convincitur. Dicunt illi: Quoniam adm. R. P. Provincialis, & alij Patres ex nominatis in Motu proprio nullam aliam curam, & finem habent, nisi vsurpare in æternum gubernium Provinciæ, & illius officia inter se divider e; ideo dubitantes, quòd aliqui ex nominatis in dicto Motu proprio suæ ambitioni non adhærerent, illorum nomina ex Brevi raserunt, & abstulerunt; & alios in istorum locis posuerunt: Ac alios, quos suæ ambitioni contrarios experti sunt, in Congregatione intermedia officijs, à Summo Pontifice sibi collatis, privarunt; alioque in illorum locis de facto contrà Constituciones Ordinis subrogarunt. Vsquè huc criminatio istius numeri; quæ duo crimina gravissima, sed

falsissima continet. Vnum, falsificationis Literarum Apostolicarum Motus proprij. Alterum, furti, quòd propter honestatem, ambitionem vocant; cum appendicibus malarum provisionum in Congregatione inter media. Omnibus per partes, ad confusionem vitandam, satisfaciemus.

Quò ad falsificationem Brevis.

22 AD convincendam etiam manifeste cum omni evidentia quandam tam insolentem calumniam, sicut istam, offerunt Patres calumniati R. adm. P. Visitatori ipsum Breve originale Motus proprij, scriptum in membrana sub annullo Piscatoris, vt illud videat, & diligenter examinet; invenietque, nullum vitium, rasuram, aut mutationem vnius solius literæ in eo esse; esseque tam integrum, & purum, sicut in Curia Romana expeditum fuit. Cum quo insolens calumnia accusatorum, ac omnis, & quælibet probatio exadverso facta, evidentissimè de falso convincitur. Et ad superabundantiorem huius veritatis iustificationem, offerunt etiàm quoddam Transumptum authenticum, extractum Romæ ex eodem Brevi, iuxtà stillum Curiæ, habentem eandem fidem, authoritatem, & executionem, quam ipsum Breve habet: Ad evitanda enim pericula amissionis Brevium, & Bullarum originalium per cursores, & nàves, introducta fuit Romæ extractio horum Transumptorum in publica forma, ad supplendum defectum originalium deperditorum. Colato hoc Transumpto cum prædicto Brevi, suo originale, in omnibus invenientur conformia; &, quòd vitia, & mutationes allegatæ, in illo non fuerunt: Quia, si aliqua mutatio, facta in partibus, ad esset, in ipsa parte discordia apparere debebant; quoniàm, extracto

tracto Transumpto Romæ ex eodem Brevi, antequàm in potestatem Patrum accusatorum deveniret, omnem mutationem literarum, vel verborum postea factam, statim ostensurum erat. Vnde, quamvis per examen Brevis originalis veritas tam clarè videri non posset, sicut videtur; per hanc colationem Transumpti cum illo, omne dubium, si quòd esset, tolebatur; atque ista tam insolens calumnia, & temeraria falsitas accusantium clarissimè patefacta manet.

Cum tam evidentissima demonstratione, sicut ista, 23
istius tam principalis calumniæ, & falsitàtis, Patribus accusatis necessarium non erat aliam satisfactionem cæteris excessibus, seu calumnijs, quibus memoriale accusantium fol. 1. & seqq. plenum est, dare; quia, secundum ius vulguarè, quid est calumniator, & falsarius in parte vnius causæ, in alijs idem esse præsumitur: iuxta text. *in Reg. semel*, 8. *de Reg. iur. lib. 6.* ibi: *Semel malus, semper præsumitur esse malus.* Et ibi Doctores communitèr. Vnde provenit, quòd testis super multis productus, si in vno solo falsum dicit, in omnibus alijs falsum dixisse præsumitur: ita cum multis Mascard. *de Probat. concl.* 743. *per tot.* Iul. Clar. *in §. Falsum, num.* 38. Et instrumentum in vna parte falsum, in omnibus alijs falsum esse præsumitur: ita cum multis DD. Iul. Clar. *prox. num.* 88. Et cùm in materia tam relevantissima, & principali huius accusationis, falsitas horum accusantium cum tanta evidentia ostendatur, quamvis in cæteris non ostenderetur, sufficiebat, vt omnia alia falsa præsumerentur; &, vt Patres accusati sinè obligatione id ostendendi manerent. Sed, cùm illorum veritas probationibus, & satisfactionibus præsumptivis non acquiescat, evidentes continuare volunt.

Nec contrà prædictam evidentissimam demonstra- 24
tionem obstare potest, si dicatur, quòd tam Breve ori-

ginale, quàm illius Transumptum, non habent scriptum nomen P. Fr. Emmanuelis à S. Benedicto, Prædicatoris, ad Guardianiam Conventus S. Antonij do Torràm; sicut in supplica fol. 15. vers. Domino Cardinali Protectori facta; & in cathalogo, fol. 20. vers. ad illam faciendam Romam misso, continetur; & quòd in Regiſtro Secretariæ Brevium idem Guardianus, & Conventus scripti inveniuntur; ex quibus omnibus Breve Motus proprij præsentatum, vitiosum arguitur. Quia respondetur, istum defectum Conventus, & Guardiani do Torràm, qui in Brevi, & Transumpto invenitur, non esse vitium, emendationemque à Patribus accusatis factàm; neque illam facere poterant; iuxtà iam dicta; sed fuit error, seu oblivio officialis, qui Romæ dictum Breve scripsit; sicut ex illo, & ex Transumpto evidenter demonstratur: Quia vltrà impossibilitatem vitiandi vtrumque, quin vitij vestigia viderentur, si nomina præfati Guardiani, & Conventus ab illis raderentur; aut locus, vnde radebantur, albus maneret; aut obliteratus, aut alius in eo scribendus erat: Et nihil horum factum fuit; nec sinè evidenti cognitione mutationis, & vitijs fieri poterat, tam in Brevi, quia scriptum est in tenuissima, & levi membrana; quàm in Transumptò, in papiro scripto; quæ talia vitia, quin videantur, continere non possunt.

25 Corroboratur vlterius ista responsio, & satisfactio; quia si dictum Breve vitiaretur, esset ad auferendam Guardianiam prædicto Fr. Emmanueli à S. Benedicto, quia Patribus accusatis non erat gratus, vt illam Guardiano à Congregatione antecedenti in illa existenti, tamquàm personæ sibi beneviſæ, relinquerent: Attamen pro contrario est evidens veritas; nam dictus Fr. Emmanuel à S. Benedicto, tam gratus est Patribus accusatis propter suam exemplarem, & obsservantem Religionem, quòd ipsimet in quadam vacatura ipsum, Guardianum.

Con-

(31

Conventus de Eſtremoz poſtea fecerunt; ſicut eſt notorium. Guardianus verò in Conventu do Torràm tunc exiſtens, tam parùm gratus eſt prædictis Patribus, quòd ipſe eſt vnus ex publicioribus accuſatoribus illorum; ſicut in Provincia patens, & notorium eſt.

Ex omnibus iſtis cum omni evidentia conſtat exor- 26
bitans calumnia, & falſitas argumentium falſitatem Brevis; quoniàm, etſi veritas cum tanta evidentia ex illo conſpici non poſſet, ſicut conſpicitur; præſumi non poterat, quòd ſine exiſtentia cuiuſdam magnæ convenientiæ, & temporalis lucri, quòd ipſos lynces excæcare ſolet, tam graviſsimum crimen perpetraretur.

Quantùm ad ambitionem oppoſitam.

NON eſt minus patens, & notoria omnibus per- 27
ſonis regularibus, & ſecularibus, quæ Patres accuſatos cognoſcunt, falſitas, qua accuſatores illos ambicioſos vocant; quia, cùm iſti, in æſtimatione ipſorum accuſatorum, ſint R. adm. P. Provincialis Fr. Emmanuel ab Horto; R. adm. P. Diffinitor Generalis Fr. Georgius à Magdalena; & R. P. Fr. Emmanuel à Conceptione, Cuſtos; notorium eſt omnibus, quòd de convenientijs, & commoditatibus temporalibus non curant; non ſolùm, quia omnes tres non ſemel noluerunt eſſe Epiſcopi, attendentes ad propriam ipſorum inſufficientiam ad quandam occupationem, ipſis Angelicis humeris formidandam; & non ad maximas convenientias temporales, quæ tam magnas, & decoras dignitates ſequuntur; ſicut eſt notorium. Sed etiam, quia notoria eſt integritas, & puritas manuum, qua officia ſua exercent; ſiquidem, nec leviſsimum donum, & dilicias ratione officiorum ſuorum à quoquam vnquàm acceperunt;

neque

neque id cum veritate ostendi poterit: Immò potiùs omnibus illos cognoscentibus, & ad illorum cellas intrantibus, de magna paupertate, & penuria rerum vtensilium in eis existentium constat; vlteriùsque id ostenditur in tractatione, & cura personarum suàrum, quæ est eàdem, & forte minor, quàm cuiuscumque alterius Fratris particularis, tam in vestitu, quàm in victu, & potu; nolentes suos anteceßores immitari, qui valdè diverso modo se ipsos tractabant, & tractabantur cum magnificentijs: sicut cognoscentibus vnum, & alterum tempus, hoc, & antiquum gubernium, satis notorium est.

28 Et, nè hoc sinè evidenti demonstratione maneat, potest R. adm. P. Visitator librum rationum Conventus, & domus Capitularis de Xabregas videre; & invenient verba, & declarationes quotidianorum, & magnorum sumptuum, quos communitas cum solis Patribus, Provinciam in triennijs transactis gubernantibus, faciebat; excepta innumerablili multitudine deliciarum, & donorum, totius generis, quæ ipsis ratione officiorum suorum dabantur, & sumptus communitati non faciebat, nisi tantum in apparatibus coquinæ, & cocorum labore; qui solùm cum ferculis dictorum Patrum maiorem laborem habebant, quàm cum victu totius communitatis, ex tanta multitudine Fratrum, & servitorum compositæ. Et examinando rationes sumptuum huius triennij, non inveniet similes expensas in dicto libro; nequè navicularum, in quibus communitas multam pecuniam in gubernio transacto expendebat. Et visitando officinam coquinæ, non inveniet antiqua paramenta particularium fornacium, & prunariorum; nequè cocos, & officiales illius cum molestijs laboris antiqui. Potest etiàm esse probatio evidens istius veritatis, magnificentia operis Chori eiusdem Monasterij de Xabregas; pretiosæ pictu-

ræ

ræ in Sacriſtia exiſtentes ; & meliores libri Bibliotecæ; quia, cùm omnia maximi valoris multorum milium denariorum ſint, ſunt tantùm quædam reliquæ ſpolij relicti per mortem cuiuſdam Patris, qui Provinciam gubernàvit; ſicut ex notorietate huius materiæ R. adm. P. Viſitatori conſtare poterit. Non loquitur de vivis, quia eſt materia odioſa, quàmvis vera, & publica: Videatur tamèn certitudo, ſeu fides fol. 46. verſ. quæ adiungitur, vt videatur, quantum pecuniæ Viſitationes Provinciæ deſtillabant.

Ad evidentiorum confirmationem puritatis manuum 29
Patrum accuſatorum, offerunt literas patentes fol. 43. publicatas per Provinciam; ſicut conſtat ex fide publicationum in fine illarum; quibus duo millia ducatorum, ad ſumptum viæ ad Capitulum Generale Romanum, per Conventus dividebantur. Cùm verò Excellentiſsimus Dominus DVX do Cadavàl, magnitudine animi ſui, & zeli ſervitij Dei, ſe ſe ad mandandos fieri ex redditibus ſuis ſumptus eiuſdem viatici obtuliſſet, ſtatim R. amd. P. Provincialis literas patentes fol. 45. expedivit, mandando Prælatis localibus Provinciæ, quòd eleemoſynas in alijs literis patentibus declaratas non mitterent, quia ad dictam viam iam neceſſariæ non erant. Ex hac actione, notoria puritas Patrum, nunc Provinciam gubernantium, cum omni evidentia oſtenditur: Si enim ambitioſi eſſent; eleemoſynam Excellentiſsimi Domini tacerent, atque duo milia ducatorum, iam per Provinciam diviſa reciperent: Et vltra id, multa alia caperent, ſi facerent, ſicut in triennijs tranſactis fiebat; in quibus omnia recipiebantur, & de nihilo ratio reddebatur, ac ſi Provinciales, & non Papa, ac S. Sedes Apoſtolica; & illi quidam puri Adminiſtratores, mediantibus perſonis Syndicorum, omnium Domini eſſent. Ita officia Provinciæ, non ſolùm facta ſunt cupita, vt eſſent litigioſa; ſed

etiam

etiam Patres illa occupantes magnis opibus replebantur, quibus multus parabant amicos; qui, etiam hodie, illos in istis suis litigijs adiuvant. Contrarium Patribus præsentis gubernij accidit; qui solùm habent amicos, qui, sicut Excellentissimus Dominus DVX, eos tamquàm filios S. Francisci tractant, in necessitatibus sua liberali magnitudine eos adiuvando: Hæc enim est vera amicitia, ac apud Deum meritoria.

Quantùm ad assertam Guardianorum privationem, in Congregatione intermedia factam.

30 AFfirmant deinde accusatores in fine num. 3. Patres accusatos contra dispositionem Legum Ordinis privasse de facto Guardianos officijs, ipsis à Summo Pontifice datis; aliosque in eorum locis elegisse. Ad respondendum huic ridiculæ allegationi, supponendum est, quòd Summus Pontifex faciendo ex suo Motu proprio Capitulum Provinciale præteritum, post nominationem, & provisionem locorum Provinciæ, dicit, quòd nominati, & electi in suis officijs, & locis per tempus in Statutis regularibus Ordinis S. Francisci determinatum durabunt; sicut ex verbis Brevis constat fol. 10. ibi: *Ad tempus, quo eiusmodi officia iuxta regularia dicti Ordinis instituta, per Sedem Apostolicam approbata, durare consue-*

31 *verunt.* Et cùm per Statuta regularia dicti Ordinis, per S. Sedem in forma specifica confirmata, determinetur, quòd Guardiani electi in Capitulo Provinciali solùm vsquè ad Congregationem sequentem in suis officijs durent; vt apud Saman. *cap.* 10. *§.* 11. *fol.* 383. ibi: *Decernitur namquè, Capitulum intermedium, seu Congre-*

gregationem habere plenam authoritatem non continuandi Guardianos; sed, Prioribus amotis, alios instituendi, etiàm nulla interveniente causa. Sequitur per indubitabilem 32
consequentiam, quòd Guardiani electi à sua Sanctitate in Motu proprio, etiàm sine aliqua causa, in Congregatione sequenti amoveri poterant; vel potiùs ipsorum officia in illa expirabant, quàmvis illa non renuntiassent; sicùt expressè determinant prædicta Statuta in sequentibus verbis: *Ad præfatam Congregationem transmittere, simul cum renuntiationibus suorum officiorum scripto factis, quas si non fecerint, ipsos tamèn renuntiasse censeatur, &c.*

Quantùm ad Confessarios Conventuum Monialium 33
iddem determinant Stat. Gener. Vallos. apud Saman. *cap.6. §.11. fol.*183. Quo supposito, indubitatum manet, Guardianos, & Monialium Confessarios amotos non fuisse de facto in Congregatione præterita; sed potiùs secundum dispositionem Sanctitatis suæ in verbis relatis; quia iubet, quòd continuent in suis officijs iuxtà determinationem Statutorum Ordinis; & hæc disponunt, quòd durent à Capitulo vsquè ad Congregationem: Et ita redicularitas huius criminis evidens manet.

Satisfactio ad contenta num.4. 5.6. & 7.

GVbernium Patrum accusatorum accusatores *Monopolium* vocant: Monopolium est quoddam genus cõtractus, emendo, seu recipiendo in se certum genus, vel genera rerum, vt ratione necessitatis ementium, cariùs vendi possint; & ideo est contractus iniustus, cum onere restituendi iniustum excessum pretij. Hoc suppos 34
cum hoc termino accusatores suum Religiosum animum, & zelum boni Provinciæ explicant; quia iudicando Patres accusatos iuxtà ipsorum proprium animum, & in-

tentionem, illos faciunt monopolistas officiorum Provinciæ, sicut in tempore præterito solebat fieri, vt ea liberrimè vendere possent. Sed certum est, quòd quadringenti accusatores officia Provinciæ, super quibus hæc inaudita litigia, cum tantis peccatis, vigilijs, dispendijs, & præiudicijs animarum Purgatorij faciunt, ita adepturi non sunt; tam propter defectum opum, & paupertatem virtutum, quibus prædicta officia in hoc tempore emuntur, & in hoc gubernio venduntur; quàm etiàm, quia, habentibus illis illas peccaminosas opes, res est, quæ in hac præsenti ætate non vallet. Certùm est, quòd solus faciens similes lites est monopolista; voluntatemque non habet faciendi Religionem; sed quòd sibi placuerit, vivendo ad libitum.

35 Dicent, & dicunt accusatores, quòd Patres accusati hunc ipsum finem ambitionis temporalis habent; attamen ad hoc respondetur, tam cum casu iam suprà ralato num. 28. & cum evidenti demonstratione operum, quæ in hoc triennio facta sunt in Provincia, vt ruinæ, atque totalis defectus rerum, in quo gubernium transactum Conventus, & Monasteria posuerat, reficerentur. Hæc est sitis, & ambitio præsentis gubernij; & etiàm sitis, & ambitio obseruantiæ Regulæ S. Francisci: Si enim omnes filij Provinciæ illam, tamquàm matrem gratis, & non sicut extraneam pro stipendio, seruirent, laborantibus omnibus in communem vtilitatem suarum communitatum fideliter, Monasteria multùm ampliùs refecta essent; Religiosi multùm ampliùs necessarijs prouisi; &, super omnia, Regula S. Francisci melius obseruata, Secula-

[illegible]e plus edificati. Sed, quia vnusquisque ordinariè

[illegible]so vestiendo, & cooperiendo tantùm curat, im-

[illegible]es malè cooperti manent, pauperque Mater to-

[illegible]uda. Hæc omnia ipsi accusatores per experien-

[illegible]liùs, quàm alij, cognoscunt; & tamèn, verbo

tenùs,

tenùs, magnum zelum Religionis affectant; & oſtendunt; non advertentes, quòd ſua met verba, litigia, & actiones, à ſuis zeloſis verbis differunt, & diſconveniunt: Si enim ad intereſſe temporale tam avidè non attenderent, tòt extrema pro mittenda manu in gubernio Provinciæ facturi non eſſent; immò potiùs pro illo fugiendo illa facerent, quoniàm ſinè ipſis commoditatibus temporalibus, eſt quædam graviſsima, & aſpertima Crux. Certùm eſt etiàm, quòd ipſorum zelus, ſi eſſet verus, in argùendis Patribus accuſatis de defectibus ſuorum officiorum & Religionis, ſervata forma à Chriſto Domino noſtro tradita apud S. Matth. *cap.* 18. *n.* 15. agendo de fraterna correctione, occuparetur, ac poneretur; & non per media à Phariſæis contrà ipſum Dominum practicàta; rationem reddendo ſui zeli Phariſaici, quam Spiritus Sanctus dixerat Sapient. *cap.* 2. *num.* 12. ibi: *Quoniàm inutilis eſt nobis, & contrarius operibus noſtris; & improperat nobis peccata noſtra.* Quoniàm accuſatio tremendorum, & falſiſsimorum criminum, quibus prædictum illorum memoriale eſt plenum, non tendit, vt habeant meliores Prælatos, qui eſt finis prædicti præcepti Chriſti; ſed tendit ad auferendam illis vitam honoris, quæ eſt bona opinio; & ſimùl, vt non habeant ſuorum operum contradictores, vitiorumque ſuorum repræhenſores; quòd erat intentum Phariſæorum, finiſque illorum magni zeli.

Dicunt ampliùs iſti zeloſi accuſatores in fine num. 4. 36
quòd ſunt quadringenti, qui à Sacra Congregatione remedium opportunum contrà relaxationes præſentis gubernij petunt. Multùm admirabile eſt, quòd in vna ſola Provincia tanta ſit multitudo gentis tam zeloſæ honoris Dei, obſervantiæ Regulæ, & proximorum boni; quando in antiquis temporibus in tota numeroſitate populi Iſrael vnum ſolùm Deus non inveniebat, qui ſe pro eo

opponeret, honoremque illius zelaſſet ; ſicut dicit per Ezech. *cap.*22. *num.*30. ibi : *Et quæſivi de eis virum, qui interponere ſepem, & ſtaret oppoſitus contra me pro terra, nè diſſiparem eam, & non inveni.* Qualitas verò, & magnitudo zeli tantorum zelatorum, ex evidenter oſtenſis, & infrà cum eadem evidentia oſtendendis, benè manifeſtatur.

37 Num.5. continet quandam puram narrativam, quandamque gracilem iuris allegationem, cui neceſſarium non eſt reſpondere; tam pro illius materia; quàm propter falſitatem facti, ſuper quo fundatur; maximè, quatenùs dicitur, quòd Prælati per ſuam Sanctitatem in Motu proprio nominati, in ſuis officijs vſquè ad Ianuarium ſequentem, anni 1691. hoc eſt, per totum triennium, duraturi erant. Quia contrarium iam oſtendimus ſuprà evidenter, num.29. & ſeqq. Ad deductum num.6. & 7. eadem reſponſio datur.

*Satisfactio ad deducta num.*8. *&* 9.

38 REpetunt accuſatores ſpolium, quòd iam num.1. in fine, & num.2. deduxerant; & ideo reſponſionibus iam datis num.16. & ſeqq. nè repetitionibus inutilibus moleſtemur, illis ſatisfit; addendo etiàm reſponſiones relatas num.29. cum ſeqq.

39 Num. 9. dicunt, quòd aliqui ex nominatis per Summum Pontificem, vel non habuerunt officia, ipſis à Papa conceſſa; vel ad gubernium aliorum Conventuum mutati fuere: Sinè individuatione harum mutationum. Antequàm de ſatisfactione horum exceſſuum confuſorum agatur, advertendum eſt, quòd finis, & effectus præfati Motus proprij fuit tantum modò, fieri Capitulum Provinciale ſinè ſuffragijs Vocalium Provinciæ,

ciæ, ad evitanda inconvenientia, & litigia, quæ ex celebratione illius in forma ordinaria orirentur in tempore, quo de principianda reformatione Provinciæ, tam malè acceptata ab omnibus, agebatur; Et ideò Sanctitas suas Congregationem intermediam non abstulit, neque iurisdictionem illius; sicùt iam ostendimus suprà num. 29. cum seqq. nec etiàm Religiosis, ab eo in Motu proprio nominatis, libertatem renuntiandi sua officia, si iustæ causæ adessent, ademit: Et hoc, ex sequentibus fundamentis.

Primò, quia Sanctitas sua nullo modo talem prohi- 40
bitionem expressit; sicùt ex eodem Brevi fol. 9. ostenditur; & cùm in hoc novo modo faciendi Capitulum Provinciale, & in hac nova dispositione Pontificis, casus, & materia dictarum renuntiationum omissus fuit, censetur relinquere hoc in antiqua dispositione Constitutionum Generalium, & vniversalis practicæ Ordinis: Ita tenet cum multis Sim. Vaz. Barb. *in locis comm. lit. C. num.* 3. per text. *in leg. Si verò, §. de Viro, ff. soluto matr.* cum vulguaribus. Et quemadmodùm electi per suffragia Provinciæ sua officia renunciare poterant; ita etiàm electi per suam Sanctitatem iddem facere valebant; attentò, quòd non adest declaratio illius, quæ ius, & antiquam consuetudinem mutaret.

Secundò, quia etsi dicatur, quòd dicti nominati 41
renuntiare non poterant, nisi in manibus Summi Pontificis, vel Nuntij Apostolici; & non in manibus R. adm. Provincialis; est loqui sinè fundamento; quòniam res est valdè trita, & sine dubio, quòd Abbates, Priores, Canonici, cæterique Beneficiarij beneficia sua, sinè reservatione pensionis, in manibus Episcoporum Diœcesanorum libere renuntiare possunt, vt illa, cui maluerint, conferant; quàmvis tales Beneficiati per Summum Pontificem provisi essent. Ex hoc, sinè fundamento manet

evi-

evidentèr objectio, quòd Guardiani, & monialium Confessarij, quorum officia vltrà medium triennij non durant, sicut suprà à num. 29. manet ostensium, officia sua in manibus sui Provincialis renuntiare non possunt, quia in illis per suam Sanctitatem provisi fuerunt; cùm sinè dubio sit, quòd Beneficiati id facere possùnt; cùm illorum beneficia sit perpètua, quàmvis per Papam fuissent provisi.

42 Materia est hæc, in qua nec minor dubitatio esse poterat; sed, nè minor scrupulus maneat genti tam scrupulosæ sinè probatione notoriæ evidentiæ, qua Patres accusati falsitatem accusationum suorum in omnibus ostendunt, offerunt fol. 47. Epistolam Eminentissimi Domini Cardinalis Protectoris, scriptam R. adm. P. Provinciali accusato, quandò illi dictum Brevi Motus proprij misit; in qua Eminentissimus Dominus, agendo de renuntiationibus nominatorum in illo, ita dicit, in lingua Latina: *Debeo advertere P. V. quòd, quando aliquis illorum propter humilitatem, vel alios respectus suum officium renuntiare voluerit, V. P. similem renuntiationem non admittat, nisi prùs cognoverit, quòd per aliquam iustam, & relevantem causam ad id moventur: Et hoc, vt aliqua perturbatio in faciendis novis provisionibus non succedat.* Ex hac ordinatione suæ Eminentiæ, quòd suprà dicitur, evidentèr ostenditur; quia, supponendo pro certò, & indubitatò, quòd omnes nominati in Motu proprio sua officia in manibus R. adm. Provincialis renuntiare libere poterant, illi advertit, quòd renuntiationes sinè iustis, & relevantibus causis non admittat. Iddem ex alia Epistola eiusdem Domini, fol. 49. scripta in eadem occasione R. adm. P. Fr. Georgio à Magdalena, nunc Diffinitori Generali, vt officium Custodis Provinciæ, quòd in dicto Motu proprio illi datum erat, acceptaret, & non renuntiaret.

Tran-

Transeamus nunc ad ostendendam cum eadem evi- 43
dentia falsitatem assertionis in memoriali factæ, num. 9. quòd Religiosi in illo nominati à suis officijs, amotti sunt; quidam, violenter de facto, & sinè iurisdictione; & alij ad alia officia mutati. Iam à num. 38. ostendimus, quòd Religiosi nominati per suam Sanctitatem liberè sua officia renuntiare poterant: Nunc ex certitudine extracta à libro Provinciæ in locis infrà notandis evidenter ostenditur, quòd omnes declarati in memoriali, cum iustis, & relevantibus causis, per totum Diffinitorium examinatis, & admissis, liberè, & voluntariè officia sua renuntiarunt; sicut etiam, quòd in locis illorum alij canonicè per illud electi sunt; prout in sequenti forma ostenditur.

Fr. Antonius à S. Andrea, Guardianiam de Xabre- 44
gas renuntiavit; sicut constat ex certitudine à libro Provinciæ extracta, fol. 110. & in loco illius Fr. Emmanuel à S. Paulo canonicè electus fuit, fol. 110. vers.

Fr. Emmanuel à Conceptione, Guardianiam de Campomayor renuntiavit fol. 110. vers. & in loco illius provisus fuit Fr. Iosephus ad Assumptione, fol. 111.

Fr. Petrus à S. Maria, Guardianiam de Sines renuntiavit fol. 110. vers. & in loco illius electus fuit Fr. Gregorius à S. Ioseph, fol. 111.

Fr. Theotonius à S. Thoma, Guardianiam de Alvito renunciavit fol. 110. vers. & in loco illius provisus fuit Fr. Leonardus ab Archangelis, fol. 111.

Fr. Ioannes à S. Maria, Guardianiam de Moura renuntiavit fol. 112. & in loco illius electus fuit Fr. Theotonius à S. Thoma, fol. 112.

Fr. Emmanuel à S. Benedicto non venit scriptus in Brevi Guardianus S. Antonij do Torràm; & ideo istam Guardianiam continuavit Fr. Nonius à Conceptione, qui ad illam electus fuerat in antecedenti Con-

gre-

gregatione ; ſicut oſtenſum manet ſuprà num. 22. & ſeqq.

Fr. Emmanuel à S. Hiacinto, Guardianiam de Mertola renuntiavit fol. 112. & ineius loco electus fuit Fr. Benedictus ab Archangelis, fol. 112.

F. Emmanuel à Nazareth, Confeſsionarium Conceptionis de Beja renuntiavit fol. 110. verſ. & in eius loco proviſus fuit Fr. Franciſcus à Conceptione, fol. 111.

Fr. Emmanuel à Ieſu, Confeſsionarium Spei de Villaviçoza renuntiavit fol. 110. & in eius loco proviſus fuit Fr. Antonius à S. Anna, fol. 110. verſ.

Fr. Ioannes à S. Bernardino, Confeſsionarium Calvarij de Evora renuntiavit fol. 110 & in eius loco proviſus fuit Fr. Petrus à S. Alexio, fol. 110. verſ.

Fr. Emmanuel à S. Antonio renuntiavit Confeſsionarium das Flamengas, fol. 110. & in eius loco proviſus fuit Fr. Emmanuel à Ieſu, fol. 110. verſ. Hoc modo falſitas iſtorum criminum conſtat, non minùs evidentèr, quàm ex decretis cuiuſdam libri tam authentici, ſicut eſt liber Provinciæ, ſcriptis per R. P. Fr. Antonium à Nativitate, Diffinitorem actualem, & vnum ex adverſarijs Patrum accuſatorum; vt etiàm cum hac circunſtantia pleniorem fidem faciat.

Satisfactio ad deducta, num. 10. 11. & 12.

45 REferunt iterùm accuſatores in hoc, num. 10. ſuam aſſertam, privationem officiorum in Congregatione intermedia ſinè legitima cauſa factam. Ad hoc reſpondetur cum iam dictis ſuprà num. 29. cum ſeqq. Expendunt ſecundò num. 11. falſitatem Brevis Apoſtolici, cum relatione pœnarum huius tam magni criminis.

Ad

Ad hoc satis fit cum iam perpensis suprà num. 21. & seqq. Et pro omnium complemento, pœnæ calumniantium, & talionis accusatoribus suo tempore expendetur. Ad repetitum Monopolium, & ambitionem num. 12. memorialis, iam satisfactum manet suprà num. 27. & seqq.

Satisfactio ad deducta, num. 13.

ALlegant hic accusatores incapacitatem, & paucos annos electorum ad officia Provinciæ; & inter omnes incapaces solum R. P. Custodem Fr. Emmanuelem à Conceptione specificant; addentes, quòd, cum esset excommunicatus declaratus, in Congregatione intermedia suffragavit. Omnis, seu maior pars querellæ accusantium, circa Guardianos, supèr electione P. Fr. Emmanuelis à S. Benedicto in Guardianum de Estremòz, cadit: Sed non advertunt, quòd istemet per Patres antiquiorem, & immediatum (capita occulta harum accusationum) in Guardianum do Torràm nominatus fuit; sicut ostenditur fol. 15. vers. & 20. vers. Et quia in dicto Brevi non venit scriptus, ad dictam Guardianiam de Estremòz fuit postea electus, sicut dictum est num. 24. & cùm tùnc esset dignus, etiam posteà dignus manebat. Vlteriùs; pauci anni non sunt per se soli impedimentum ad Guardianias; quoniàm sola bonitas vitæ, & morum capacitatem, & maturitatem annorum in quoddam subjecto faciunt; sicut dicit Spiritus Sanctus Sap. *cap.* 4. *num.* 8. Pauci anni vitæ Religiosæ, & observantis, longa quædam canities sunt; & multi in vitijs, & relaxationibus consumpti, coràm Deo nihil sunt; nihilque ergà homines, quò ad præmium, esse debent. Multùm advertentia dignum est, quòd, cùm linguæ, & calami accusatorum tam expeditæ sint, non audeant di- 46

cere contrà istos iuvenes suæ æstimationis, quòd habent pecuniam, & illa vtuntur; quòd vitiosè sine necessitate legitima equitant; quòd voluptuosè camisijs induuntur; quòd nutriuntur tamquàm Principes; & quòd alia discordantia à Regula, & Sancta Paupertate Fratrum Minorum faciunt. In quibus omnibus isti accusatores evidentèr ostendunt, quòd dicti iuvenes hæc vitia non habent; si enim illa haberent, credibile est, quòd illa non tacerent. Vel etiam conjecturari potest, quòd, cùm accusantium religio talem modum vivendi non abominatur; abominare in alijs, quòd ipsi fortè vitiosum non iudicant, non vellent.

47 Deniquè notorium est, (nequè cum veritate contrarium ostendi potest,) quòd omnes isti iuvenes ætatem triginta annorum excedunt; & cùm hæc sufficiens sit, vt Episcopi esse possint; iuxtà text. *in cap. Cum in cunctis*, 7. §. *Inferiora*, *de Elect. & in cap. Licet Canon*, 14. *eod. tit. lib. 6.* & tenent ex regularibus Fr. Anton. à Spirit. *in direct. regul. tract. 5. disp. 4. à num. 76.* Pellizzar. *de Regular. tom. 2. tract. 9. cap. 2. à num. 117.* Donat. *in Pract. Regul. tom. 2. tract. 5. q. 8.* Rod. *quæst. regul. tom. 1. q. 15. art. 2.* Bordon. *Variar. resol. 26. num. 95. & 96.* Tambur. *de Iure Abb. tom. 1. disp. 5. q. 9. à num. 1.* à fortiori eadem ætas ad quandam Guardianiam sufficiet; & ideo Constitutiones Generales Ordinis, apud Saman. *cap. 9. §. 5. fol. 309.* decernunt, quòd Fratres S. Francisci triginta ætatis annos ad istas Prælaturas habeant; & decem habitus.

48 Quantùm ad virorem, & teneritudinem annorum, & intellectus R. P. Custodis Fr. Emmanuelis à Conceptione, res est multùm ampliùs ridicula; quoniam, habente illo iam in sæculo capacitatem ad munus Provisoris, & Gubernatoris Archiepiscopatus Bracharensis, Hispaniarum Primatis, postquàm per multos annos alia

lite-

138

literaria occupavit ; ridiculum valde esset, ad Custodiatum vnius Provinciæ capacitatem non habere.

Quantùm ad assertionem, quòd R. P. Custos, cùm 49
esset excommunicatus declaratus, quia annis transactis cum quodam socio à Seminario de Varatojo Missionariorum Apostolicorum fugerat, in Congregatione suffragaverat ; est etiam ridiculum vltrà falsum ; sicùt fidem faciunt Guardianus, & Discreti eiusdem Seminarij in suis literis patentibus fol. 51. Nequè de quodam Fratre valdè relaxato, qui intèr Fratres vivit, visum vnquàm fuit, quòd per tòt annos apostata excommunicatus existeret sinè festina absolutione, quàmvis illam non petat, & multotiès invittus. Ex hoc . dignum notatu est, quòd P. Fr. Emmanuel à S. Paulo dicat in sua certitudine iurata summarij appensi fol. 13. quòd dictus P. Custos iam ab annis fuerat excommunicatus declaratus ; sicùt sibi per declaratoriam prædictorum Patrum de Varatojo, in locis publicis Oppidi de Setubal affixam, constabat: Et scribendo hanc certitudinem post Congregationem intermediam, quòusque Guardianus de Xabregas fuerat, & R. P. Custos ibi habitator, & eius Subditus, illum videbat assistere in Communitatibus, & Officijs Divinis, Missam quotidie celebrare, sicut est notorium, & ex libro Sacristiæ illius temporis constat ; nunquàm illum evitavit, & pro excommunicato habuit; nec de eo absolvendo ab asserta apostasia curavit ; nequè tale illi in mentem venit, nisi postquàm proptèr suos Religiosos mores in dicta Congregatione à Guardiania amotus fuit, & hæc conspiratio numquàm visa principium habuit. Et 50
ad tolendam omnem dubitàtionem, offertur Breve fundationis novi Seminarij, de quo literæ patentes prædictæ Fratrum de Varatojo fol. 51. agunt; & licentia Reverendissimi P. Fr. Iuliani Chumillas, quam R. P. Custos habuit ad exeundem è dicto Seminario ; necnèn literæ

patentes P. Provincialis Provinciæ S. Antonij fol. 52. per quas in illa receptus fuit ; & in illa ſtètit, quouſquè ad Provinciam Alguarbiorum venit: Sufficiente ſolùm prædicto R. P. Cuſtodi dicto Breve novæ fundationis, proptèt licentiam Reverendiſsimi P. Commiſſarij Generalis Fr. Marci Zarſoſa, confirmatam per Reverendiſsimum P. Miniſtrum Generalem, & per Emminentiſsimum Domium Cardinalem Protectorem, & vltimò per ſuam Sanctitatem, in eodem Brevi inſertam.

Satisfactio exceſſuum, qui contrà perſonas PP. accuſatorum in memoriali opponuntur; & ad nullitatem Capituli, & Congregationis præteritæ non tendunt; ſicùt admonùimus, ſuprà num. 4.

Satisfactio ad deducta, num. 14. 15. 16. & 17.

51 INcipiunt accuſatores num. 14. ſui memorialis fol. 3. narrare exceſſus, & crimina, quæ perſonas PP. accuſatorum tangunt ; &, vt materia ſit benè continuata in omnibus, omnia ſunt tam falſa, ſicùt iam ſuprà relata; & ita cum eadem evidentia oſtendetur. Dicunt num. 15. R. adm. P. Provincialem gravaſſè Conventus Provinciæ maiori quantitate pecuniæ ad veſtiendos Fratres, quàm vſus ferebat ; veſteſque adhuc non dediſſe, compellendo Fratres ad indecendum laceratis veſtibus. Ad hoc reſpondetur, quòd pannus cordulatus, *vulgò ſayal*, ex nova fabrica, iuxta Decretum vltimi Capituli Generalis Romani, factus eſt; &, non obſtante dilatione mul-

ti temporis necessarij ad illum de novo fabricandum, tanta fuit appiicatio, & sedulitas Patrum accusatorum, quòd iam multi Religiosi habitus novæ fabricæ laceratos, & repetiatos gestant; sicùt patentèr conspicitur. Ex qui ex nova fabrica vestiti non incedunt, est quia nollunt, & habent amorem panno nigro antiquo, notoriamque in omnibus oppositionem reformationi. Diligens applicatio constat ex epistolis principalis fabricatoris huius pannis, Francisci Marquez, quæ authenticè recognitæ offerunt fol. 58. 59. 60. & 61. & multæ aliæ præsentarentur, si fastidium non gignerent, & confusionem.

Quò ad excessum pretij allegatum, respondetur, quòd PP. accusati illud furati non sunt; sicut in hac allegatione datur intelligi: Quoniàm Sindici huius Curiæ, & de Estremòz, ac Beja pecuniam ipsis fabricatoribus panni, illum portantibus, soluti sunt, & tradiderunt; & ad id pecuniam à Sindicis aliorum Conventuum recipiebant, quin pars aliqua illius in potestatem PP. accusatorum deveniisset, neque per eos tradita esset; sicut ex fide, & certitudinibus ipsorum Sindicorum constat fol. 65. 66. & 67. Vlteriùs advertendum est, quòd pannus cordulatus huius fabricæ novæ fuit multùm accommodatus in pretio 480. regalium pro quolibet cubito, positus in hac Curia, & Transtagum, expensis ipsorum venditorum; quoniàm ad Provinciam Portugaliæ pro 490. & 500. regalibus in eadem domo fabricantium emitur, exceptis expensis conductionum, quæ per Provinciam fiunt: Et quando per fabricatores pannus ad Conventus asportatur illum vendunt pro pretio 540. & 550. regalium, sicut ostenditur fol. 57. & 58. & notoriè in tabernis mercium huius curiæ experitur; quia, cùm valor monetæ creviisset, crevit & lanarum pretium; pannorum etiàm valor crescere debebat: Et si pretium panni ad vestes huius Alguarbiorum Provinciæ antè incrementum monetæ

52

netæ conventum non fuerat, iddem foret, ſicùt in Provincia Portugaliæ; proùt ipſa ratio demonſtrat, & ex relatis Scripturis colligitur. Et habito reſpectu ad antiquum valorem monetæ, fuit hoc pannus novæ fabricæ valdè accommodatus in pretio 480. regalium procubito; quoniàm pannus niger fabricæ antiquæ, cùm eſſet in bonitate inferior, eodem pretio vendebatur; ſicùt teſtificat R. amd. P. Provincialis Provinciæ Portugaliæ fol. 57. Ad zelum S. Paupertatis, & boni communis Provinciæ, quo accuſatores in iſta materia loquuntur, non reſpondetur; quoniàm ex omnibus alijs, qualis ille ſit, oſtenditur.

53 Inferunt accuſatorres, num. 16. & 17. Guardianos Provinciæ malo exemplo furtorum, quæ Patres accuſati in comparandis dictis veſtibus fecèrunt, eleemoſynas à fidelibus Monaſterijs factas, cum maximo detrimento Religioſorum ægrotantium, & ſanorum, furari; ac tam avaros, & ambitioſos eſſe, quòd per ſe pecunias recipiunt, & contractus prohibitos faciunt. Cùm hæc crimina genericè, & confuſe Guardianis impoſita, in exemplo PP. accuſatorum fundentur, indubitatùm eſt, quòd ſequendo illud, ſunt in omnibus evidentèr falſa: quoniàm puritas manuum dictorum Patrum ſatis notoria eſt, & evidentiſsimè demonſtrata manet. Puritas autèm Guardianorum accuſatorum patentèr in multis operibus, & refectionibus Conventuum, quas in viſitatione R. adm. P. Viſitator invènit, & ex inventarijs, ad Capitulum Provinciale mittendis, oſtendentur. Si Guardiani exemplum, & directionem triennorum præteritorum ſequerentur, indubitatum eſt, quòd in oppoſitionibus ſuis accuſatores diminuti, & defectuoſi eſſent; & ſi ipſos accuſatores in modo, quo hoc litigium ſubſtinent, imitarentur, etiàm certum eſt, quòd ipſos in his ſuis dictis veràces facerunt.

Satiſ-

Satisfactio ad num. 18. & seqq.

AFfirmant ampliùs accusatores, R. adm. P. Provin- 54
cialem feciſſe ſtatutum, & ordinationem, quòd ſi aliquis Frater Provinciæ ad Summum Pontificem recurſum haberet, omnes alij id ſcientes, ipſi ſtatim dicerent, vt eos impediret, & caſtigaret. Hoc etiàm eſt tam notoriè falſum, ſicùt ex illiuſmet patentibus literis fol. 71. per Provinciam publicatis, inſpicitur; in quibus tantùm quædam Decreta ſuæ Maieſtatis, quem Deus ſervet, ſicùt tenebatur, publicari fecit; & pœnas, vel præcepta aliqua ſua non addidit. Si R. adm. P. Provincialis malè in hoc operatus eſt, manebit ipſa quæſtio reſervata, cu tantùm illam reſolvere poteſt. i

Dicunt vlteriùs accuſatores num. 19. & 20. quòd 55
Monaſterium monialium Calvarij Eborenſis duo litigia in Legacia cùm R. adm. P. Provinciale habet; ipſum de inſolentia argùentes, quoniàm à fundatione illius Monaſterij ſimile viſum non fuit. Hoc etiàm eſt falſiſsimum; quia ex fide, & certitudine fol. 73. facta ab ipſo monialium Procuratore, qui eſt Notarius Apoſtolicus, conſtat, quòd R. adm. P. Provincialis nullum litigium, in quo eſſet pars, cum illis habuit; &, quòd duo lites in Legacia proceſſatæ, vna fuit inter Abbatiſſam, & quandam monialem particularem, Abbatiſſatus ambitioſam, in quo non fuit proviſa in electione, quam R. adm. P. Provincialis fecit; &, facto litigio in Tribunali Legaciæ inter illos, iam per duas ſententias, contra iſtam gubernij ambitioſam prolatas, dicta electio, vt benè facta, confirmata fuit. Altera lis, etiàm non fuit Monaſterij, ſed cuiuſdam monialis particularis ſupèr privatione ſuffragij illi facta in triennijs præteritis; & ſententiam in ſui favorem reportavit, quia contradictorem non habuit. Per-

tur-

turbatio Monasterij Matris Dei, quæ in querimonijs monialium, suis propinquis factis, constitit; de quibus loquuntur num. 21. memorialis; Ratio operationum R. adm. P. Provincialis fuit benè notoria in hac Curia; effectusque subsequutus illam posteà patefecit.

56 Casus relatus num. 22. Monasterij Conceptionis de Beja, accidit in absentia R. adm. P. Provincialis, quandò profectus est Romam ex hoc Regno ad Capitulum Generale præteritum, gubernante Provinciam Commissario Provinciale; sicùt latè constat ex Decretis Regis Domini nostri, ad illum directis; & ex literis patentibus, quæ extant à fol. 75. cum seqq. Ita evidentèr ostenditur calumnia, non solùm quatenùs accusatores hanc culpam R. adm. P. Provinciali imponere volunt; sed etiàm quatenùs hunc casum denigrare intendunt, contrà veritatem, quæ ex dictis Scripturis authenticis constat.

57 Eodem modo falsò imponitur R. adm. Provinciali casus Monasterij monialium de Aracœli, de quo agitur num. 23. memorialis; quoniàm accidit die 9. Aprilis; sicùt confitentur accusatores in certitudine sui Summarij appensi fol. 13. vers. Et in hoc tempore iam ille erat absens in itinere Romano, & nullam in hoc casu partem habuit, quàmvis esset culpabilis: sicùt in facto proprio, quòd integrè probat, ostendit certitudo fol. 91. P. Fr. Emmanuelis à Sepulchro, qui fuit Prælatus assertus in dicto memoriali; & casum, sicùt verè accidit, narrat. Et vltrà, quàm crimen aliquòd non continet, nisi pertinacem ipsarum monialium inobedientiam reformationi cratum; non interfuit in eo R. adm. P. Provincialis, etsi malum esset; quia erat absens, & valdè distans.

58 In num. 24. inculcant accusatores magna scandala, quæ proptèr modestiam tacent; (attamèn certum est, quòd illa non tacèrent, si ampliùs cogitare, & dicere possent;)

possent ;) quibus compulsi Religiosi Provinciæ Alguarbiorum ad Reverendissimum Dominum Nuntium recursum habuerunt ; & quia invenerunt in illo, quòd petebant, R. adm. P. Provincialis ad iudices Laicos, & Tribunalia Secularia recurrerat, petendo, vt illi mandaretur, quòd in rebus, ad recurrentis gubernium tangentibus, se non intromitteret. Hæc criminatio, ita proposita, iuxtæ faciem videtur habere cum colore, quem habet, alicuius veritatis. Sed, nè mendacium cum hoc palio triumphet, necessarium erit vtile ab inutili, & veritatem à mendacio separare ; ad ostendendam etiàm cum solita evidentia falsitatem, & malitiam occultam huius accusationis.

59 Ad hoc, advertendum est, quòd casus, super quo originem habuit recursus R. adm. P. Provincialis ad Regem Dominum nostrum in suo Tribunali iudicij Coronæ, fuit quædam inobedientia illi facta à Guardiano Conventus de Xabregas ; quam ille compendiosè narrat in supplica suæ appellationis Reverendissimo Domino Nuntio facta fol. 93. Latiusque refertur in impedimentis R. adm. P. Provincialis, & in sua appellatione fol. 96. vers. & seqq. Cùm ergo R. adm. P. Provincialis, duplicatis mandatis Legaciæ, cominatis censuris, & alijs pœnis, notificatus esset cum celeritate, & tumultu, qui ex sententia fol. 97. ostenditur, obtulit statim sua impedimenta, & appellationem fol. 93. vers. ad quod R. Auditor Legaciæ deferre noluit ; immò potiùs, illis spretis, secũdam sobstatoriam vsque ad finem causæ cum eisdem pœnis contra R. adm. P. Provincialem expedivit ; sicut constat fol. 97. Videns se in his terminis oppressum, & vexatum notoria vi, & violentia à Reverendissimo Domino Nuntio, & suo Auditore facta, impediendo illi remedia iuris, etiàm naturalis, quæ, mediante dicta sua appellatione, & impedimentis, intentabat, ad suam

Maiestatem recursum habuit ; vt sua Regali potestate eum à tam manifesta vi,& oppressione liberasset ; querelam etiàm faciens de oppressionibus sibi à Reverendissimo Domino Nuntio factis in casibus declaratis fol. 97. vers. expoliando , & privando ipsum violentèr de facto, & sinè iurisdictione , potestate , & iurisdictione , quam ratione sui officij Provincialis habet in sua Provincia , in prima instancia.

60 Postquàm ipse Reverendissimus Dominus Nuntius, & eius Auditor auditus fuit, dignata est sua Maiestas per suum Tribunal iudicij Coronæ illum relevare , & succurrere , sicut constat ex illius sententia fol.96. vers. & seqq. quæ , cùm esset prolata 11. Februarij,& notificata ipsi Reverendissimo Domino , & eius Auditori ; sicùt constat fol. 99. tunc ipse Auditor suam sententiam fol. 95. protulit , declarando nullam , commissionem suæ Illustrissimæ ; quia prædictus Guardianus appellare non poterat : Et in alijs casibus, illi non pertinentibus,dictus Dominus Nuntius amplius se non intromisit ; sicùt in dicta sententia illi rogabatur , & petebatur.

61 Advertendum etiam est , quòd intèr gravamen, vel recursum , de quo agimus , & appellationem , maximum datur discrimen : quia appellatio , quàmvis in iure naturali fundetur , est quidam actus iuridicus , qui totum negotium,& cognitionem illius à iudicio inferiore ad legitimum Superiorem devolvit : Ita Pellizzar. *de regul. tom.*1. *tract.*6. *cap.*7. *num.*1. Bordon. *tom.*5. *prax. crim. cap.*89. *num.*2. & alij per text. *in cap. Dilectis*,55. §. *Præterea,de Appellat.* Gravamen verò , seu recursus , de quo agimus , non est actus iuridicus , sed purè naturalis; quia solùm in puro facto recurrendi oppressi ad quem cum sua potestate illum de facto liberare possit ab oppressione , quam iniuste patitur , consistit ; & ideo effectus appellationis ad devolendum negotium , cognitionemque

que illius, non habet, maximè cùm est Ecclesiasticum; quia horum sunt incapaces Seculares, ad quos oppressus recurrit; sed, cùm gravamen, vel recursus in quodam puro facto, quod est oppressio, & violentia per iudicem Ecclesiasticum sinè iurisdictione facta, consistat; & hanc ipse seculares removere possunt; id sub culpa peccati mortalis præstare tenentur. Et ratio est clara; quia, si quælibet persona particularis sinè sui gravi damno tenetur in conscientia, sub culpa peccati, ex suo genere mortali, vitam, & bona sui proximi iniuste oppressi deffendere; vt per text. *in Cap. Non in inferendis, & alijs, 23. q. 3.* tenet cum multis Aug. Barb. *in collect. ibi, à num. 1.* & est communis sententia Moralistarum, in charitate, & iure naturali fundata; & hoc, quamvis iniuste oppressus ab eo auxilium non petat; vt cum multis tenet Guazzin. *de defens. reor. defens. 29. cap. 4. num. 19. vers. Et hoc:* Cum multo maiori ratione Reges, suique Ministri iddem facere tenentur; siquidem grave damnum, quod sæpiùs in personis privatis dari potest, in illis considerari non vallet: Vlteriusque ratione officiorum suorum, etiàm ex iustitia, miseris oppressis ad ipsos recurrentibus succurrere tenentur: Hanc obligationem tàm ex iustitia, quàm ex charitate, & iure naturali, declarant nostræ Leges Lusitanicæ, loquentes de his recursibus, in Ord. *lib. 1. tit. 9. §. 12.* ibi: (materna lingua in Latinam translata;) *In casibus, quorum cognitio ad illos pertinet;* (hoc est, iudicibus Ecclesiasticis;) *nisi quando gravamen notoriæ oppressionis, & violentiæ illis factæ, interpositum fuerit; vel de non servato illis iure naturali: quia in his casibus Nos tamquam Rex, & Dominus, nostris vassallis succurrere tenemur.* Vbi per verbum *Tenemur* clare deciditur, Reges, illorumque Ministros ad supradictum auxilium teneri.

62 Advertendum etiam est, quòd omnis Prælatus, vel iudex Ecclesiasticus, (quales sunt Domini Nuntij,) qui

contra aliquem sine iurisdictione procedit; vel, quamvis illam habeat, procedit non servata dispositione, & ordine iuris, notoriam violentiam, & manifestam oppressionem facit; & ita oppressus potest illi authoritate propria resistere, si vires ad id habuerit: iuxta text. *in leg. Contra, Cod. de Execut. & exact. lib.* 12. *& in leg. Vt vim, ff. de iust. & iure*; & tenet cum multis Aug. Barb. *axiom.* 228. Ratio est, quia Prælatus, & iudex, qui hoc modo contra iustitiam, & ius procedit, non facit officium Prælati, è Ministri Dei, & iustitiæ; sed personæ privatæ, quæ iustitiam non facit, nec administrat: Vt per text. *in cap. Iustum*, 23. *q.* 2. tenet cum multis Guazzin. *de Defens. reor. defens.* 5. *cap.* 11. *num.* 7. ibi: *Quia iudices, vel satellites exequutores, notorie iniuste exequentes, non dicuntur facere, vt iudices, & Ministri Dei, & iustitiæ, sed vti privati, & tamquàm ministri diaboli.* Et eadem ethymologia verbi *Iudex* id ostendit; iuxta text. *in cap. Forus*, 10. *de Verb. sign.* ibi: *Iudex dictus, quasi ius dicens populo.* Et ideo, qui iuris dispositionem non servat, iudex non est, sed iniustus. Si ergo iniuste oppressus per iudices istius generis, & Prælatos Ecclesiasticos huiusmodi, potest per se cum violentia ab illis se defendere, repellendo vim sibi factam; quia vim vi repellere licet; iuxta text. *in cap. Dilecto, de sent. excomm. lib.* 6. cum vulguaribus; cum multo maiori ratione potest à Dominis Regibus, illorumque Ministris auxilium petere vt eum defendant, & liberent. Et cùm hoc omnibus sit commune, quia iusta defensio est de iure naturali; etiam Religiosis, qui iure naturali privari non possunt, & sui Regis sunt vassalli, competere debet. De iure etiàm positivo hoc remedium naturale illis competit per Constitutionem Vrbani VIII. quæ incipit: *In Sacra P. Petri*, anno 1624. apud P. Monteoliv. *in pract. regul. p.* 2. *art.* 2. *num.* 391. *lit. D.* ibi: *Charissimos verò in Christo filios nostros*

Reges,

Reges, & dilectos similitèr filios nostros Duces, & alios Principes temporales, Nobiles viros, paternè in Domino hortamur, vt libertatem Ecclesiasticam, & Religiosorum quietem, tamquàm veræ fidei propugnatores tueantur, &c.

In hac Constitutione, non solùm permittit Papa 63
Fratribus prædictum recursum contra Dominos Nuntios; (de quibus specalitèr loquitur;) sed etiàm valdè efficacitèr exhortatur Dominos Reges, & Principes tẽporales, illorumque Ministros, vt illis auxilium præstent. Etiam Sacri Canones istos recursus permittunt *in cap. Nec licuit, dist.* 17. *cap. Principes*, 23 1. *q.* 5. *& in cap. Filijs*, 16. *q.* 7. Nequè per ius positivum toli debuerant, quia de iure naturali sunt. Vnde Regulares iniustè oppressi à quolibet Prælato, vel iudice Ecclesiastico Seculari, gravamen interponere, & reccurrere ad suam Maiestatem per illius Tribunal Coronæ sinè aliquo scrupulo possunt; proùt tenent Portel *de Dub. regul. V. Appellare*, *in add. num.* 3. *&* 4. *&* in 2. *add. à num.* 3. Pellizzar. *de Regul. tom.* 1. *tract.* 6. *cap.* 7. *à num.* 53. Fr. Anton. à Spiritus. *in Direct. regul. tract.* 3. *disp.* 6. *à num.* 776. Monteoliv. *d.* 2. *p. art.* 7. *à num.* 394. Vbi ita iudicatum refert in Curia Romana in recursu Fratrum Minorum Provinciæ Matris Dei de Goa, in India Orientali. His suppositis.

Manet evidentèr sinè dubio, quòd R. adm. P. Pro- 64
vincialis gravamen interponere, & recurrere ad suam Maiestatem, illiusque Tribunal iudicij Coronæ poterat, quando se manifestè oppressum videbat violentia, & vi notoria, quam sibi Reverendissimus Dominus Nuntius, & eius Auditor faciebant, despiciendo suam appellationem, & impedimenta defensionis, quæ sibi de iure naturali concedebatur; procedendo ambo de facto, & nulliter, sinè iurisdictione; sicut prædicta sententia Regiæ Coronæ declaravit, fol. 97. & postea ipsemet Auditor Nuntiaturæ in suâ sententia iudicavit, fol. 95. Sicùt

etiàm,

etiàm, quia Reverendiſsimus Dominus Nuntius ſe intromiſit de facto, & nullitèr in rebus, quæ ad guberninum ordinarium, & ad primam inſtantiam Provinciæ pertinent; contra diſpoſitionem Sacri Conc. Trid. multarumque Conſtitutionuu Apoſtolicarum; ſicùt etiàm declaratum fuit in prædicta ſententia, fol. 97. verſ. & 98. prolata per tres maiores homines literarum, experientiæ, integritatis, & morum inter omnes, non ſolùm Portugaliæ, ſed etiàm totius Europæ; ſicùt eſt notorium.

65 Nequè obſtat, ſi dicatur, quòd iſti recurſus per Conſtitutionem Papæ Greg. XIII. quæ incipit: *Quoniàm noſtro*, apud Cherub. add. per Lantuſc. *tom.* 2. *Bullar. fol.* 392. prohibentur ſub graviſsimis pœnis ſpiritualibus, & temporalibus, relatis in Conſtit. Gener. Ordinis S. Franciſci, apud Saman. *fol.* 208. Quia reſpondetur, quòd caſus R. adm. P. Provincialis in prohibitione dictæ Conſtit. Gregorianæ non comprehenditur, ex ſequentibus fundamentis. Primò, quia iſta Conſtitutio ſolùm appellationem ad Tribunalia Secularia Fratribus prohibet; ſicut ſequentia verba expreſſe declarant; ibi: *Ad Tribunalia Secularia appellare*: Et cùm in recurſibus non loquatur; atquè inter illos, & appellationem detur differentia ſuprà relata num. 56. ac ſit lex pœnalis, quæ de caſu ad caſum, iuxta ius vulgare, non extenditur: Sequitur per conſequentiam infalibilem, quòd recurſus in dicta prohibitione non comprehenduntur. Secundò, quia hæc appellatio prohibita per Papam Greg. XIII. eſt illa, quam Fratres à ſuis Prælatis Regularibus ad Tribunalia Secularia interponunt; ſicùt ipſius verba in forma ſequenti declarant: *Ab ijs, quæ per Prælatos eiuſdem Ordinis, etiam Guardianos, ſivè Provinciales, vel Commiſſarios ab ipſo Generali Miniſtro pro tempore deputatos, acta ſunt, & decreta, ad Tribunalia Secularia appellare, &c.* Et cùm

in

in Prælatis Secularibus Eccleſiaſticis ; qualis eſt Reverendiſsimus Dominus Nuntius , non loquatur ; Clarùm manet , quòd ſi Fratres ab illis ad Tribunalia Secularia appellaverint, vel recurſum habuerit,contra dictam prohibitionem Papæ Greg. XIII. non operantur. Et ita, etiàm ex hoc capite , R. adm. P. Provincialis non ſubjiciebatur dictis pœnis, quæ ſolùm habent locum, quando à Prælatis Religionis S. Franciſci ad Tribunalia Secularia appellatur ; non verò, quando oppreſsi à Nuntijs , Epiſcopis , & alijs Prælatis Secularibus ad illa recurrunt; & hæc Conſtitutio Greg. XIII. eſt lex pœnalis, quæ non extenditur ; ſicùt dictum eſt. Tertiò,quia, etſi replicetur, quòd verba ſequentia dictæ Conſtitutionis , ibi : *Ad Tribunalia Secularia appellare , & ad ea temere confugere, &c.* comprehendunt , & prohibent etiam recurſus, qui non ſunt appellationes : Reſpondetur multiplicitèr.

Primò ; quoniàm non fuit recurſus interpoſitus à 66
Prælato aliquo Regulari Ordinis S. Franciſci ; ſed à Reverendiſsimo Domino Nuntio , qui eſt Prælatus Secularis extrà illum ; ſicut eſt notorium , & manet dictum. Secundò , quia recurſus R. adm. P. Provincialis non fuit temere intentatus ſinè fundamento ; ſed regulatus per ius naturale , & poſitivum , & per reſolutionem Doctorum ; ſicùt ſuprà diximus num. 60. & 61. Cùmque dictæ Conſtitutio ſolos recurſus temerarios ſinè fundamento prohibeat ; vt ibi : *Temere confugere* ; non comprehendit , nec prohibet recurſum , de quo agitur, quia non fuit temerarius. Terciò , quia hæc prohibitio Greg. XIII. eſt de iure poſitivo ; & quàmvis nihil ex ſupradictis adeſſet , non poterat derogare ius naturale , in quo iuſta , & neceſſaria defenſio, quæ, mediantibus iſtis recurſibus , vel gravaminibus , procuratur, fundata eſt ; ſicùt extat dictum. Itaquè per omnia hæc

funda-

fundamenta sine dubio manet, quòd dicta Constitutio Greg. XIII. recursum, seu gravamen R. adm. P. Provincialis non comprehendit.

67 Neque etiàm repplicari potest, dicendo; quòd si dictus recursus, seu gravamen sub prohibitione Greg. XIII. non cadit; prohibitionem Bullæ Cœnæ Domini, claus. 14. evadere non potest; quia ibi de recursibus ad Tribunalia Secularia agit: Respondetur enim, quòd Bulla Cœnæ in loco citato, solùm recurrentes ad Curias Seculares, & personas Laicas contra Ministros Ecclesiasticos super exercitio suorum officiorum, excommunicat; sicùt ex eadem Bulla ostenditur: Et de recurrentibus contra Ministros, qui, vtentes male suis officijs, notoriam oppressionem, & manifestam violentiam faciunt, procedendo de facto contra iuris dispositionem, qui est noster casus, non loquitur. Quoniàm Minister Ecclesiasticus, qui contra aliquem procedit, conculcata dispositione iuris, non est Minister Iustitiæ; sed administrator maliciæ, & iniustitiæ; sicùt admonuimus suprà num. 60. Et cùm Reverendissimus Dominus Nuntius, & eius Auditor nullitèr sinè iurisdictione, & contra ius procederent; sicùt ipsemet Auditor postea diffinivit ad favorem R. adm. P. Provincialis, fol. 95. & in sententia Coronæ à fol. 96. vers. Latè declaratur; notoriam violentiam, & manifestam oppressionem R. adm. P. Provinciali faciebat: Et in his terminis poterat de iure naturali, & etiàm positivo, in hac vltima necessitate, & agone, ad quem illum liberare posset, recurrere; sicùt est suprema authoritas, & potestas Regis Domini nostri; proùt suprà diximus, num. 60. & 61.

68 Quòd autèm R. adm. P. Provincialis in vltima angustia se oppressum vidisset, sinè possibilitate liberandi se ab illa iudicialitèr, est res clara; quia vltimum remedium iuridicum, quod habebat, erat remedium appellationis,

&

& impedimentorum fol. 93. verſ. & ſeqq. quo ius diſponit, quòd manus Miniſtrorum iniuſtè procedentiu m ligentur: Et cù n dictus Auditor hoc remedium deſpexillet, procedendo ad vlteriora cum ſecundis literis ſobſtatorijs contra R. adm. P. Provincialem; iam illi ad ſe defendendum aliud remedium iuridicum de iure poſitivo non remanſerat; tenebaturque naturali remedio intentati recurſus vti; ſicùt latè dictum eſt, & eſt notorium. Et finaliter ſuper omnia, quia in præſenti caſu, (in rigore loquendo,) nec remedium appellationis ſufficiens erat ad ſuccurrendum R. adm. P. Provinciali; quoniàm etſi in iure naturali fundetur, quia eſt materia defenſionis; attamen cùm ſit actus iuridicus, qui ſervit ad devolvendam iuriſdictionem iudicis inferioris ad Superiorem, reponendaſque iniuſtitias à iudicibus inferioribus factas; non poteſt (rigoroſè loquendo) remedium præſtare iniuſte oppreſsis à iudicibus de facto contra ius procedentibus: Quia in tali caſu oppreſsionis non ſunt iudices; nequè cum iuriſdictione, quæ appellando ad Superiorē devolvi poſsit, procedunt; ſicùt ſuprà notatum manet num. 60.

In tantùm eſt verum, Bullam Cœnæ non prohibere 69
recurſus ad Curias, & Tribunalia Secularia in caſibus notoriæ violentiæ, & oppreſsionis; quòd in materijs violentiarum novitèr factarum, quamvis ſint ſuper Beneficijs, & alijs rebus purè Eccleſiaſticis, poſſunt Eccleſiaſtici, & Clerici, à iuriſdictione Seculari liberi, citari, obligari, & compelli ad reponendam violentiam, quam faciunt, coram iudicibus, & Miniſtris Secularibus ſuæ Maieſtatis; ſicut eſt expreſſa deciſio, concordata cum S. Sede Apoſtolica, in Ord. *lib.* 2. *tit.* 1. §. 2. ibi: (translato idiomate;) *Et poterit Clericus citari, & obligari coram iudice laico pro quacumque violentia nova, (intra annum, & diem) quam Clericus in quacumque re, tam mobili, quàm ſtabili faciat; quàmvis talis res ſit Eccleſiaſtica.*

Qui iudex laicus poterit de eo cognoscere ad destruendam violentiam, & restituendum oppressum in omnibus, à quibus spoliatus fuerit; & amplius non. Hæc eadem determinatio legum civilium Portugaliæ in omnibus alijs Regnis, Principatibus, & dominationibus Christianitatis observatur; proùt cum innumerabilibus Doctoribus omnium Nationum Christianarum tenet doctissimus Emman. Barb. *in remiss. ad Ord. lib. 2. tit. 1. §. 2. num. 1.* sicùt in illo videri potest.

70 Si ergo iudices laici, & Seculares possunt, & habent iurisdictionem ad reponendas violentias, & oppressiones quarumcumque personarum Ecclesiasticarum, quæ authoritate propria contra rationem, & iustitiam opprimunt, & violentant aliquem super quacumque re, quamvis de sui natura sit purè Ecclesiastica; quin istis oppressoribus Ecclesiasticis privilegium fori, & exemptio prodesse possit; Sanctaque Sedes Apostolica id ita consentit, & ordinat; nequè istos oppressos recurrentes; nequè iudices, & Ministros Seculares iustitiæ, ad quos recurrunt, excommunicat: Multò maiori cum ratione permitti, & admitti debent recursus facti ad Tribunalia Iudicij Coronæ, ad reponendas de facto, & non per viam iurisdictionis, (sicùt in casu proposito violentiarum novarum fit,) violentias, & opresiones notorias, quas Prælati, & iudices Ecclesiastici de facto, & sine iurisdictione contra formam Sacrorum Canonum, & Decretorum S. Sedis Apostolicæ, faciunt: Quia, secundùm ius, gesta de facto, & sinè iurisdictione, eodem modo reponenda sunt; iuxta text. *in cap. 1. de Reg. iur. in antiq.* ibi: *Omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem dissolvitur.*

71 In tantum Tribunalia Iudicij Coronæ huius Regni Portugaliæ immunitatem Ecclesiasticam non offendunt, (in hoc enim fundatur prohitio Bullæ Cœnæ Domini,) quòd

quòd potiùs pro illa pugnant in provisionibus dactis istis recurrentibus oppressis, & afflictis per Prælatos, & iudices Ecclesiasticos, qui illis non servant dispositionem Sacrorum Canonum, Concilij Tridentini, & Constitutionum Apostolicarum: Quoniam in dictis provisionibus dicunt Ministri Regij, in nomine, & ex parte suæ Maiestatis Reverendissimis Dominis Nuntijs, & alijs quibuscumque Prælatis, & Iudicibus Ecclesiasticis, rogando eos, quòd desistant à violentia, quam faciunt vassallis recurrentibus ob non servatam dispositionem iuris Canonici, Conc. Tridentini, Constit. Apostolicarum, & eiusdem iuris naturalis: Et non illis dicunt, quòd observent Leges civiles Romanorum, nec Leges Portugaliæ, nequè aliquas alias Seculares; si forte istæ contrariæ essent dispositioni legum Ecclesiasticarum S. Sedis Apostolicæ; sicùt accidit in recursu R. adm. P. Provincialis; & constat ex sententia Iudicij Coronæ, ad sui favorem prolata fol. 96. In hoc clare videtur, quòd dicta Tribunalia Coronæ in partibus tam remotis à Curia Romana, (sicut sunt ista Regna Portugaliæ,) non solùm tenentur auxilium præstare miseris oppressis, qui ad Summum Pontificem recurrere non possunt cùm brevitate necessaria ad tolendam violentiam, & oppressionem factam per suos Ministros Ecclesiasticos in partibus: Sed etiam procurando, quòd ipsi ius naturale servent, Legesque Pontificias, (quæ omnia in violentijs, & oppressionibus despiciunt, & conculcant,) faciunt ipsi Ministri Regis Papæ Domino nostro, Sanctæque Sedi Apostolicæ grande obsequium, & servitium; & super omnia, Deo, auxilium præbendo miseris oppressis, qui, nec per media iuris ipsis non servati; nequè proprijs viribus, quas non habent, ab istis violentis oppressionibus iudicum, & Ministrorum Ecclesiasticorum se liberare non possunt;

ſicùt eſt patens, & ex omnibus ſupradictis conſtat: Atquè ex omnibus cum omni evidentia infertur, R. adm. P. Provincialem in nihilo immunitatem Reverendiſsimi Domini Nuntij offendiſſe, petendo à Rege auxilium contra ſuas notorias oppreſsiones, & violentias, illiuſque Auditoris; quoniàm non procedebant, ſicut Miniſtri S. Sedis Apoſtolicæ, & Iuſtitiæ; ſed ſicut perſonæ privatæ abſque iuriſdictione, & obſervantia diſpoſitionis iuris Eccleſiaſtici poſitivi, & naturalis, nullitèr agendo; proùt ipſemet Auditor in ſua ſententia fol. 95. iudicavit, & declaravit. Ac per conſequens, ob id cenſuram, vel pœnam aliquam Eccleſiaſticam non incurriſſe, nequè incurrere poſſe; ſicùt ex adverſo prætendebatur.

72 Numero 25. memorialis continuantur calumniæ accuſatorum, dicentium, Reverendum adm. P. Provincialem eidem Tribunali Seculari ſupplicaſſe, quòd proſcriberet à Regno Fratres Romam profectos cum licentia Reverendiſsimi Domini Nuntij ad exponendum Sanctitati ſuæ querellas contentas in hoc ſuo memoriali. Atquè, ad hoc crimen iuſtificandum, vſi ſunt quadam fide, & certitudine, quæ eſt in illorum Summario impreſſo, & appenſo fol. 15. verſ. prætèr alias, quas ipſi accuſatores fecerunt, quibus dictum Summarium plenum eſt. Attamen omne hoc, eſt tam falſum, de more ſolito, ſicùt evidentèr oſtenditur ex certitudine Domini Secretarij Regij, illius manu firmata fol. 103. in qua inſertum eſt de verbo ad verbum memoriale, in quo R. adm. P. Provinvialis notam fecit Maieſtati ſuæ abſentiam prædictorum Fratrum, iuxta formam ipſius Decreti Regij, fol. 71. in quo memoriali, nec vnicum tantùm verbum dixit, in quo talem proſcriptionem poſtulaſſet: Sed ſolummodo dedit puram rationem, & notitiam caſus eventi; ſicùt ipſe Dominus

Rex

Rex in dicto Decreto, sub eadem pœna proscriptionis à Regno, illi mandabat. Et obediendo suo Regi, vt vassallus, nemo potest dicere, culpam habuisse.

Satisfactis ita, cum evidentijs relatis, omnibus, & singulis tremendis falsitatibus, quas sine timore Dei, verecundia hominum, & metu iustitiæ, calumnioſi accusatores cum copijs impressis in Curia Romana, tam publicas fecerunt; arbitrantes, quòd ita, suas falsas impositiones, veras confirmabant: Restat tunc advertere, quòd omnes certitudines, seu certificationes impressæ in Summario appenso, totius fidei, & authoritatis indignæ sunt; sicùt etiàm quæcumque alia probatio testium facta; tum quia, omnia per ipsosmet accusatores scripta, & facta sunt; quod evidenter colligitur; quoniàm, si certificantes (cùm sint tòt in numero, quòd in aliquibus certificationibus ad septuaginta perveniunt,) non numerantur inter 400. accusatores, & delatores, generice declaratos in memoriali fol. 1. vers. tota Provincia non habet Fratres ad tam magnum numerum gentis, sicut esset numerus accusatorum, cum numero certificantium, & testium; cùm certè multos Religiosos obsèrvantes, & zelosos Provincia habeat, qui non intrant in hac fatali conspiratione; immò potiùs ab illa omnibus medijs possibilibus persequuntur; sicùt est notorium. 73

Tùm etiàm non merentur fidem, & authoritatem, quàmvis ex ipsis accusatoribus non essent, quia tales certificationes datæ sunt voluntariè sinè ordine, nec mandato iustitiæ, vel Prælati alicuius, cum quadam conspiratione, & coniuratione tantæ multitudinis gentis; sicùc etiàm est notorium. Et finalitèr, quia omnes tales certificationes privatæ, & dicta testium, quàmvis aliàs legalia essent, & sine exceptione, habent contra se fidem publicam, & demonstrativam probationem omnium Scripturarum, &

instru-

instrumentorum authenticorum suprà relatorum, quæ non solùm illis auferunt omnem fidem, & authoritatem; sed etiàm illa manifestè de falso convincunt; sicùt latè ostensum manet.

roteſta-ones.

74 R. adm. P. Provincialis protestatur pro gravissimo damno, sibi, & bono suæ Provinciæ resultante ex denegatione declarationis petitæ nominum 400. accusatorum; vt contra ipsum, & contra alios agentes de reformatione ipsius Provinciæ, testes esse non possent. Protestatur etiam ex hoc capite pro nullitate qualiscumque probationis testium, quam R. adm. P. Visitator, vel quilibet alius Prælatus fecerint, vel facturi sint contra ipsum protestantem, vel quemcumque Patrum, qui Provinciam gubernant, & de reformatione illius agunt. Et vltimo protestatur pro omnibus alijs nullitatibus, & defectibus substantialibus in omni hac materia, & suis dependentijs; quæ, si necessarium fuerit, suo tempore allegabuntur: Et pro satisfactione gravissimarum iniuriarum, & contumeliarum, quæ suis personis, officijs, & dignitatibus per accusatores, & per omnes, qui intrant in hac coniuratione fiunt. Et pro omnium complemento.

75 Petit R. adm. P. Visitatori, quòd, visa evidenti demonstratione falsitatum, allegatarum Sacræ Congregationi; formaque illius Decreti, & mandati N. Reverendissimi Patris Vicarij Generalis, illum de veritate certioret ad expediendas statin literas citatorias ad celebrationem Capituli Provincialis, in quibus inseratur omne, quòd in veritate ex ista informatione resultat. Et R. J. C. Fr. Emmanuel ab Hortor, Minister Provincialis.

Noſter Reverendiſsime Pater Miniſter Generalis!

„ HÆC ſupplica, & manifeſtatio præparata erat 76
„ cum inſtrumentis, & documentis iunctis ad
„ R. P. Viſitatorem Provinciæ, Fr. Franciſcum Salme-
„ ron; ſed, cùm ipſe ſe tam notoriè ſuſpectum in viſi-
„ tatione declaraſſet, ſumpſit informationem cum qui-
„ bus ſibi placuit, & tam occultè, quòd, ignorantibus
„ Patribus accuſatis, & non data Reverendiſsimæ P. V.
„ (vt par erat) relatione inventorum, vt ſibi conſtaret,
„ adeſſe res relevantes, quæ celebrationem Capituli
„ ſibi impediebant, ipſam informationem Romam mi-
„ ſit, (ſi id ita fuit,) ſine originali, nec copia in ſua
„ poteſtate relicta; ſicut nunc ex illius reſponſo, quod
„ ad inſtantiam R. P. Provincialis V. Reverendiſsimæ
„ dat, conſtat. Et cùm dicta informatio fieri non
„ poſſet cum veritate, & certitudine, ſinè examine
„ Brevis de falſo notati; & ſinè inſpectione prædicta-
„ rum ſcripturarum, quamvis teſtis, cum quibus ſe i n-
„ formavit, legaliſsimi forent, & fidedigni; ſicut illi
„ in hac manifeſtatione oſtendebatur, num. 6. & 7.
„ nec etiam ſumenda eſſet de pluribus exceſsibus, quam
„ de iam allegatis Sacræ Congregationi; ſicut extabat
„ dictum num. 3. & ſeqq. Nulla, nulliuſque effectus
„ fuit talis informatio propter incluſionem exceſſuum,
„ & criminum, quæ non fuerunt, nec ſunt in rerum na-
„ tura, ſicut ex Scripturis, & inſtrumentis, in hac ma-
„ nifeſtatione relatis, cum omni evidentia, & brevitate,
„ ſinè aliqua alia moroſa indagatione, conſpicitur.
„ Et ſinè prævia probatione exiſtentiæ corporis de-
„ licti, nullus, & otiòſus eſt omnis proceſſus; ſicut

„ eſſet,

„ esset, si v. g. de vulneratore Petri inquiriretur, si Pe-
„ trus realitèr nunquàm vulneràtus fuit.

77 „ Mens Sacræ Congregationis in suo Decreto est,
„ quòd solùm excessus veri celebrationem Capituli
„ V. Reverendissimæ impedirent; & non excessus, qui
„ non sunt, nec vnquàm fuerunt: Fundaturque in ipsa
„ ratione, & in illo vulgari axiomate iuris: *Nullum*
„ *quòd est, nullum producit effectum*: de quo cum multis
„ iuribus, & DD. Sim. Vaz. Barb. *in Locis commun.*
„ *lit. N. num.* 38. Et certè ridiculum esset, quòd nihil,
„ aliquem effectum produceret; quia impossibile est:
„ Et, quòd quidam excessus phantastici, qui non sunt,
„ nec vnquàm fuere, manus iurisdictionis V. Reveren-
„ dissimæ ligaturi essent, vt non posset celebrare Capi-
„ tulum, sicùt de iure potest.

78 „ In his terminis sine dubio est, quòd V. Reveren-
„ dissima debet, & potest videre, & examinare, si ali-
„ quid relevans adest, quod suam iurisdictionem im-
„ pediat; & hoc, vtendo, non solùm sua ordinaria po-
„ testate, & tamquàm superior R. P. Visitatoris; sed
„ etiàm virtute ipsius Decreti Sacræ Congregationis,
„ ac si tantùm V. Reverendissimæ directum esset. Ratio
„ est clara; quia indubitatum est, quòd si Reverendissi-
„ mi, & Eminentissimi Domini Cardinales interrogati
„ essent, an vellent, quòd V. Reverendissima hanc
„ informationem potius faceret, si posset; quàm illam
„ committere cuidam Visitatori? Sine dubio respon-
„ derent, quòd V. Reverendissima illam potiùs sume-
„ ret, quàm ille: Quia multùm plùs, sinè comparatio-
„ ne, de persona, & authoritate V. Reverendissimæ
„ crediturі erant, quàm de quodam Visitatore à V. Re-
„ verendissima nominando, & ipsis Dominis ignoto;
„ & ideò considerari non potest, quòd illius persona-
„ lem industriam elegissent. Et etiam, sicùt V. Re-

veren-

„ verēdiſsima, ſolùm proptèr occupationes, viſitationes
„ per ſuos Viſitatores facit; quia alias multo meliùs per
„ ſeipſum illas facere poteſt: Ita etiàm mens Sacræ
„ Congregationis, in ſuo Decreto, non fuit, ordinare
„ præcisè V. Reverendiſsimæ, quòd nominaſſet Viſita-
„ torem ad hanc informationem, ac ſi de illo illam plùs
„ crederet, quàm de V. Reverendiſsima; ſed ſolùm,
„ attendendo ad impotenciam ordinariam, ad talem in-
„ formationem per ſeipſum capiendam, voluit, quòd
„ eam caperet Viſitator Provinciæ in defectu V. Reve-
„ rendiſsimæ. Et cùm hæc ſit eius mens indubitabilitèr
„ coniecturata, iddem valet, ac ſi eſſet reſolutio, & diſ-
„ poſitio ipſius expreſſa: iuxta illud iuris axioma, de quo
„ cum alijs Barb. *ſuprà lit. E. num.* 31. ibi: *Expreſſum di-*
„ *citur, quod ex mente, & coniecturis neceſſario colligitur.*
„ Et ità ſinè dubio eſt, quòd Eminentiſsimi, & Reveren-
„ diſsimi Domini Cardinales non dederunt expreſſam
„ commiſsionem ad iſtam informationem V. Reveren-
„ diſsimæ, conſiderantes, quòd illam, ratione ſuarum
„ multarum occupationum, per ſuam perſonam facere
„ non poſſet; & non, quòd illam plus crederent de quo-
„ dam Viſitatore: Et cùm hæc ſit ſinè dubio illorum
„ mens; etiàm ſinè dubio eſt, quòd etiàm virtute eiuſ-
„ dem ſui Decreti poteſt V. Reverendiſsima iſtam in-
„ formationem per Scripturas, & inſtrumenta iuncta ſu-
„ mere.

„ Ex quibus, & alijs conſultò omiſsis, petitur à Reve- 79
„ rendiſsima P. V. quòd dignetur videre, & examinare,
„ nihil relevans exceſſuum Romæ allegatorum adeſſe,
„ quod celebrationem dicti Capituli, iuxtà formam
„ dicti Decreti, impedire poſsit: Et quòd procedat ad
„ illius celebrationem, non obſtante, quòd R. P. Viſita-
„ tor ſuam informationem Roman miſerit, corrigendo
„ illius errorem, & iudicando per veritatem comper-

„ tam,& à V.Reverendiſsima cognitam;ſi quidem,etiàm
„ intèr Seculares, vbi iuris apices ſervantur, in hac for-
„ ma iudicatur, non obſtantibus erroribus proceſſus ; &
„ intèr Regulares cum maiori ratione fieri debet , quia
„ ſolùm ad ſubſtantialia iuris, ad cognoſcendam verita-
„ tem neceſſaria, tenentur. Et R. J. & C.

80 Et non continebatur amplius in præfatta allegatione: Cùmque illam cum Scripturis, & documentis oblatis diligentèr , & acuratè contuliſſemus ; vt de veritate huius negotij,etiàm per aliorum vota,nobis conſtaret,dedimus in mandatis, quòd RR. PP. Miniſter Provincialis , Pater dignior, & Pater immediatus, noſtræ Provinciæ Portugaliæ,cum noſtro Secretario Generali Vltramontanæ familiæ, omnia diligenrèr luſtrarent, ac maturè perpenderent; & vltimò ſua vota Nobis in ſcriptis referrent. Qui noſtr is mandatis parendo , ſenſum ſuum in ſequenti forma expoſuerunt. ¶ De mandato Reverendiſsimæ P.V.

Vota PP. Provinciæ Portugaliæ.

„ diligenter vidimus,& maturè cum omni vigilantia cõ-
„ ſi deravimus,& examinavimus,tam allegatas excuſato-
„ nes,& defenſiones R. P. Miniſtri Provincialis Provin-
„ ciæ Alguarbiorum ſuper exoneratione exceſſuum ,i&
„ criminum contra ipſum , & alios Provinciæ actual es
„ Prælatos,& Religioſos in Sacra Regularium Congreg a-
„ tione propoſitorum,in memoriale, quod incipit : *Pro-*
„ *vinciæ Alguarvorum Regni Portugaliæ. Eminentiſsime , &*
„ *Reverendiſsime Domine* ? *Anno* 1685. & deſinit : *Et ita*
„ *ſupplicatur benignè reſcribi. Franciſcus Iacobellus.* Conten-
„ torum ; quàm omnia documenta,& Scripturas ad facti
„ allegati probationem oblatas : Et,nemine diſcrepante,
„ vnanimitèr ſumus in voto,quòd R. P.Miniſter Provin-
„ cialis ſufficienter,& legitimè in allegatione ſua exone-
„ rationem, & defenſionem propoſitam legitimis, & pu-
„ blicis inſtrumentis de facto probat ; (excepto caſu de
„ recurſu ad Tribunal Seculare, ſuper quo iudicium non

„ ſe ri-

„ ferimus;)liquidoque constat de facto,nihil relevans de
„ excesſibus allegatis in ſupradicto memoriali verum
„ esſe ; immò potius, omnes calumniosè esſe propositos.
„ Vnde,ex hac parte,non ſolùm Capitulum præteritum,
„ & Congregationem paritèr præteritam non potuisſe
„ de invaliditate notari;ſed nec pro Capitulo futuro im-
„ pedimentum proptèr ſupradictas oppoſitiones rema-
„ nere : Niſi aliud ex alia parte ſub his nobis præſentatis
„ fortè non contentum obſtet. In quorum fidem propria
„ manu ſubſcribimus,in hoc Conventu S.P.N. Franciſci
„ Vliſiponenſi, die 28. Decembris,anno Domini 1690.
„ Fr. Ioannes à Spiritu Sancto,Miniſter Provinciæ Por-
„ tugaliæ. Fr. Antonius à Divo Thoma, Pater dignior
„ eiuſdem Provinciæ. Fr. Ioannes Baptiſta à Monte-
„ murro, Secretarius Generalis Ordinis. Fr. Ioannes à
„ Præſentatione, Pater ciuſdem Provinciæ immediatus.
Viſo per Nos præfatorum Patrum voto, vt cum maiori
iuſtificatione procederemus,mandavimus,quòd RR.PP.
Commiſſarius Viſitator noſtræ Provinciæ Tertij Ordinis
Regni Portugaliæ, Miniſter Provincialis, Diffinitor Ge-
neralis,ac Pater dignior,necnon Pater immediatus eiuſ-
dem Provinciæ,eodem modo proceſſum viderent, & ſua
vota deferrent;quod ſequenti modo factum eſt. ¶ Nos G
„ infraſcripti mandato noſtri Reverendiſsimi Patris Mi-
„ niſtri Generalis obtemperantes,viſis attentè videndis,
„ diligentique diſcuſsione examinatis de, & ſuper exceſ-
„ ſibus in Sacra Congregatione allegatis adverſus R. P.
„ Provincialem Provinciæ Alguarbiorum, & alios eiuſ-
„ dem Provinciæ Patres,in memoriali,quod incipit: *Pro-*
„ *vinciæ Alguarvorum Regni Portugaliæ. Eminentiſsime, &*
„ *Reverendiſsime Domine?* Anno 1685. & finitur : *Et ita*
„ *ſupplicatur benignè reſcribi. Franciſcus Iacobellus.* Conten-
„ tis,e orundemque ſatisfactionibus ; aſſentimus, ex nullo
„ iure aliquam reperiri nullitatem in Capitulo proximè

Votũ PP Provinciæ Tert Ord.

„ præterito, ex Motu proprio, & ex certa scientia Sancti-
„ tatis Innocentij XI. facto, nec in Cõgregatione oppor-
„ tuno tempore, iuxtà regularia instituta, & Pontificeas
„ sanctiones celebrata; insimulque nullum posse oriri im-
„ pedimentum, convocationem, & celebrationem Capi-
„ tuli proximè futuri prohibens; cùm ex testimonijs fi-
„ dedignissimis, & publicis instrumentis nobis præsenta-
„ tis evidenter constet, excessus allegatos contra R. P.
„ Provincialem, & alios Patres sibi adhærentes, non so-
„ lum non esse relevantes, vel aliquem illorum verum,
„ nec veros; sed potiùs falsos, calumniosos, & calida ma-
„ chinatione eformatos: (de recursu ad Tribunal Secu-
„ lare nostri non est ferre iudicium.) Vndè censemus,
„ prædictum P. Provincialem plenè, & legitimè impositis
„ criminibus satisfacere; suisque allegationibus, à nobis
„ examinatis, prædictas imposturas, tam contra se, quàm
„ contra ilios, de falsitate convincere. Ita vniformiter,
„ nullo discrepante sentimus. In quorum fidem præsens
„ dedimus testimonium nostra manu subscriptum, in hoc
„ Conventu Deiparæ de IESV Tertij Ordinis Pæniten-
„ tiæ S. Patris N. Francisci Vlisiponensi, die 31. Decem-
„ bris, anno Domini 1690. Fr. Petrus à S. Francisco,
„ Commissarius Visitator Provinciæ. Fr. Franciscus à
„ Spiritu Santo, Minister Provincialis. Fr. Franciscus à
„ Divo Ioanne Baptista, Diffinitor Generalis, & Pater
„ dignior. Fr. Antonius à Cruce, Pater immediatus.
Datis ita prædictorum Patrum votis, tertiam, etiam ex officio nostro, revisionem huius processus RR. PP. infrascriptis Provinciæ S. Antonij Discalceatorum duximus committendam; quorum vota tenoris sequentis sunt.

Vota PP. Provin. de S. Antonij.

H „ ¶ Nos infra signati mandato Reverendissimi P. N.
„ Ministri Generalis obsequentes, documentis propositis
„ super excusationes, defensionesque R. P. Ministri Pro-
„ vincialis Sanctæ Alguarbiorum Provinciæ, de excessi-
„ bus,

„ bus,& criminibus contra ipſum,alioſque eiuſdem Pro-
„ vinciæ Patres,in memoriali quodam,quod incipit: *Pro-*
„ *vintiæ Alguarvorum Regni Portugaliæ. Eminentiſsime Do-*
„ *mine?* Anno 1685. & deſinit: *Et ita ſupplicatur benignè*
„ *reſcribi. Franciſcus Iacobellus.* Apud Sacram Regularium
„ Congregationem in Curia Romana obiectis,ſedulo vi-
„ ſis, attenteque perpenſis; vniformitèr,nullo in aliquo
„ diſcrepante,iudicamus,prædictum R. P. Provincialem
„ pro ſe ſibique adhærentibus Patribus exactiſsimè, ve-
„ raciſsimèque ſatisfacere: (abſtrahendo ſemper à punc-
„ to de recurſu ad Regiam Regni huius Coronam, erga
„ quod iudicium ferre,nobis in votis non eſt.) Proindè-
„ que eadem iudicij vniformiter ſentimus, Capitulum
„ Provinciale eiuſdem Provinciæ proximè præteritum,
„ Congregationemque ſubſequentem, nullum exindè
„ nullitatis vitium contraxiſſe,neque exindè impedimē-
„ tum aliquod oriri,nè ad novum ProvincialeCapitulum
„ in eadem met Provincia,abſque novo ad Sacram Con-
„ gregationem recurſu,procedatur; niſi aliud,extrà do-
„ cumenta nobis propoſita,obſtet. In quorum fidem om-
„ nes manibus proprijs ſubſcribimus in hoc Conventu
„ Divi Antonij Diſcalceatorum Civitatis Vliſiponenſis
„ extramuros, die 3. Ianuarij 1691. Fr. Ioannes à Sal-
„ vatione, Miniſter Provincialis S. Antonij Portugaliæ.
„ Fr. Paulus à S. Catherina,dignior Pater. F. Emmanuel
„ à Divo Athanaſio,eiuſdem Provinciæ Pater. Fr. Lu-
„ dovicus à S. Ioſepho,Pater immediatus. Viſis autem
per Nos tribus prædictis votis,ſeparatim per ſupradictos
Patres de mandato noſtro datis,reſolutionem noſtram,&
finalem determinationem in ſequenti forma protulimus;
videlicèt.

„ VISO hoc processu, supplicationibus & allegatione R. P. Provincialis, & aliorum consortum; exa-
„ mine Brevis Apostolici; alijs Scripturis, & documentis
„ iunctis; responsione P. Commissarij Visitatoris; ac votis
„ graviorum Patrum, trium nostrarum Provinciarum, per
„ tria diversa consulta de mandato nostro ex officio, ad
„ ampliorem causæ iustificationem, datis. Ex quibus om-
„ nibus, & alijs, legitimè, verè, & superabundantèr cons-
„ tat, excessus Sacræ Congregationi Regularium contra
„ prædictum Provincialem, & illius consortes, delatos,
„ falsos, & insupèr calumniosos, ac conspiratione habita
„ propositos esse: Et consequentèr, nostrum Commissa-
„ rium eiusdem Provinciæ Visitatorem, tàm in sumenda
„ illorum informatione; quàm in remissione illius clan-
„ destina ad eandem Sacram Congregationem, sinè re-
„ tentione originalium; vel saltem copiæ, apud se; & sinè
„ examine falsitatum assertarum dicti Brevis, per Nota-
„ rios peritos, & expertos faciendo; ac sinè inspectione
„ aliarum Scripturarum; sinè quibus omnibus, etiàm per
„ fidedignos testes, veritas sinè fraude haberi minimè
„ poterat; ac finalitèr, nobis inconsultis; cùm per Nos hæc
„ diligentia, virtute Decreti eiusdem Sacræ Congrega-
„ tionis, ad Nos directi, illi demandata esset: Et in omni-
„ bus alijs imprudentèr, ignorantèr, vel potius malè, &
„ cum vehementissima doli præsumptione se gessisse; ac
„ sinè vera existentia alicuius causæ relevantis, immo &
„ nullius, iurisdictionem nostram ordinariam, cum tali re-
„ missione suæ non veræ informationis, contra formam
„ prædicti Decreti Sacræ Congregationis, eiusque men-
„ tem, impedire tentasse. In quibus terminis de iure or-
„ dinario, & etiam ex præsumpta sinè dubio mente eius-
„ dem Sacræ Congregationis, quæ ad hanc informatio-

„ nem

„ nem capiendam, personalem industriam dicti Visitato-
„ ris, sibi ignoti, minimè elegit; sed, ad nostras maximas, &
„ continuas occupationes attendendo, voluit, quòd per
„ illum fieret, quòd per Nos moralitèr fieri non po-
„ terat; vndè, ex præsumpta illius mente, immò & certa,
„ maluisset, hanc diligentiam potiùs per Nos, quàm per
„ aliquem Commissarium nostrum fieri; ampliùsque de
„ nostra persona, & industria, quàm de illius, sinè dubio
„ illam crederet; possumus, immò & tenemur, ex officio,
„ & fortiùs instante parte, veritatem causæ, exercitium
„ nostræ iurisdictionis impedientis, indagare. Et cùm ex
„ tam superabundanti indagatione, & iustificatione nos-
„ tra constet, nullum adesse impedimentum verum, & le-
„ gitimum, adhærentis votis prædictorum Patrum, matu-
„ roque iudicio omnibus alijs considerandis considera-
„ tis, præfactos excessus, falsos, calumniosos, & conspira-
„ tione machinatos; necnon, tàm delatores, quàm præfa-
„ tum Visitatorem nostrum, pro tam grandi tertij præiu-
„ dicio, & irreverètia tam Sacro Tribunali facta, animad-
„ versione exemplarissima dignos esse decernimus, & iu-
„ dicamus; celebrationemque Capituli Provincialis, iuxta
„ formam præfati Decreti, suis loco, & tempore fieri de-
„ bere; citatoriasque ad id expediri curabimus. Quia ve-
„ rò præfatorum delatorum talium, tantarumque calum-
„ niarum nomina Nobis ignota sunt, & apud eandem Sa-
„ cram Congregationem necessariè habentur; nec alteri
„ liceat illius iniuriam sinè speciali commissione vindica-
„ re, à prædictis animadversionibus abstinemus; speran-
„ tes præterea, quòd ab eadem Sacra Congregatione
„ condignioribus pœnis scelus tantum meliùs vindicabi-
„ tur. Dat. in hoc nostro Conventu S. Francisci Civita-
„ tis Vlissiponensi, die 5. Ianuarij, anno 1691. Quantùm
„ autem ad recursum R. P. Provincialis ad Tribunal Re-
„ gium Coronæ Regni Portugaliæ factum, ordinem Emi-

nen-

„ nentiſsimi Domini Cardinalis Cybo, noſtri Protectoris,
„ nobis tranſmiſſum, opportuno tempore exequendum
„ reſervamus. Dat. vt ſupra. Fr. Ioannes Alvin, Miniſ-
„ ter Generalis. Locus ✠ ſigilli. Ita eſt; Fr. Ioannes
„ de Caſtro, Proſecret. generalis Ordinis. Et non cõ-
tinebatur ampliùs in dicta noſtra finàli determinatione,
& ſententia, in proceſſu pro hac informatione capienda
habito, prolata; ex quo certificationem, & atteſtationem
hanc noſtram, Eminentiſsimis, ac Reverendiſsimis DD.
VV. remittendam, & præſentandam, extrahi fidelitèr
iuſsimus; vt, conſtito ità ſibi de tam calumnioſa, & cavi-
loſa delatione exceſſuum, ac de fraudulenta Commiſſa-
rij. Viſitatoris prædicti informatione, arbitrium, & de-
terminationem hanc noſtram ratam, & legitimè funda-
tam habere; atque tam temerariam, calumnioſam, & frau-
dulentam audaciam, tàm delatorum, (quorum ſibi nomi-
na ex originali proceſſu delationis nota erunt,) quàm
præfati Commiſſarij informatoris, ergà tam altum, &
Sanctum Tribunal commiſſam, ad aliorum exemplum, &
terrorem, dignis pœnis animadvertere; vel id Nobis ſpe-
cialitèr demandare, & committere dignentur. Eminen-
tiſsimas, & Reverendiſsimas DD. VV. Deus per multos,
& fœlices annos incolumes ſervet. Dat. vt ſuprà, ſub
noſtro ſigno, ſigilloque maiori Ordinis, die 9. Ianuarij
1691.

Fr. Ioannes Alvin,
Miniſter Generalis.

Locus ✠ Sigilli.

Ita eſt.

Fr. Ioannes de Caſtro,
Proſecret. Gener. Ordinis.

IN-

INDEX,
Seu breve ſummarium.

A SUpplicatio facta Reverendiſsimo ſupèr concludenda informatione.

B Reſponſum Viſitatoris ad petita in prædicta ſupplicatione.

C Replicatio Provincialis de Viſitatore conquerentis, examen Brevis poſtulantis, &c.

D Actum examinis aſſertarum falſitatum Brevis, coràm Reverendiſsimo, & partibus facti.

E Alegatio, & ſatisfactio latiſsima Patrum accuſatorum: Et proponitur principium caſus.

1 Continuatur caſus propoſitio.

2 Referuntur verba Decreti Sacræ Congregationis.

3 Supèr quibus informatio facienda eſt; & num. 4.

4 Nemo poteſt eſſe teſtis in cauſa propria.

6 Probatio inſtrumentorum qualis ſit? & num. 7. Vbi de probatione per inſpectionem occulorum.

8 Diviſio materiarum, ſuper quibus cadit informatio.

9 Refertur, & diluitur prima accuſatio falſæ ſuplicæ; & n. n. ſeqq.

16 Refertur, & diluitur 2. accuſatio de intempeſtiva poſſeſsione officiorum Provinciæ; & n. n. ſeqq.

21 Refertur crimen falſificationis Brevis; & diluitur; & n. n. ſeqq.

27 Refertur ambitio Patrum accuſatorum; & diluitur hoc crimen; & n. n. ſeqq.

30 Refertur accuſatio mutationis officiorum Provinciæ; & diluitur; & n. n. ſeqq. & à num. 38.

46 Refertur oppoſitio paucorum annorum habitus aliquòrum Prælatorum Provinciæ; & deluitur; & n. n. ſeqq.

49 Refertur crimen apostasiæ Custodis Provinciæ ; & deluitur ; & num. seqq.
51 Refertur crimen furti vestiariæ Fratrum ; & diluitur ; & n. n. seqq.
54 Refertur crimen prohibitionis adeundi Romam ; & diluitur ; & num. seqq.
58 Refertur crimen recursus ad Tribunalia Secularia ; & latè diluitur, n. n. seqq.
72 Refertur crimen proscriptionis Fratrum Romam profectorum ; & diluitur.
73 Concluditur allegatio aliquibus protestationibus, & cum petitionis declaratione.
76 Incipit querela facta Reverendissimo P. Generali contra Visitatorem Provinciæ ; & n. n. seqq.
F Votum consultivum PP. Provinciæ Portugaliæ super exoneratione omnium præfatorum criminum.
G Votum consultivum PP. Provinciæ Tertij Ordinis, super eodem.
H Votum consultivum PP. Provinciæ S. Antonij Discalceatorum, super eodem.
I Finalis sententia Reverandissimi P. Generalis.

FINIS.

Laus Deo, Virginique MARIÆ
sine labe peccati Conceptæ.

154

ORAÇOENS GRATVLATORIAS

NA FELIZ VINDA

DA MVITO ALTA, E MVITO PODEROSA RAINHA DA

GRAM BRETANHA,

COMPOSTAS, E RECITADAS NA Igreja da Divina Providencia à Nobreza de Portugal

NAS TRES ULTIMAS TARDES DO MEZ de Janeiro de 1693.

Pelo P. D. RAPHAEL BLVTEAV, Clerigo Regular Theatino da Divina Providencia, Doutor na Sagrada Theologia, & Prègador da Rainha Mãy de Inglaterra, & Qualificador do Santo Officio no Reyno de Portugal.

LISBOA,
Na Officina de MIGUEL DESLANDES, Impreſſor de Sua Mageſtade.
Com todas as licenças neceſſarias. Anno de 1693

14/10 K

C619
A949n